Et videtur ꝙ non: auctoritate philosophi primo methaphisice dicẽtis: ꝙ vniuersalia sunt difficilima ad cognoscẽdum: qz sunt a sensu remotissima: ergo vniuersalia non sunt nobis notiora singularibus. ¶ Secundo sic. dicit p. primo posteriorũ ꝙ nobis notiora sunt illa qne sunt proxima sensui: ⁊ illa dicit esse singularia ⁊ vniuersalia dicit esse a sensu remotiora: gͦ singularia sunt nobis notiora ꝙ vniuersalia. ¶ Tertio sic. diffinitum est nobis notius partib⁹ diffinientibus vt videtur velle philosophus in prohemio huius libri. Sed partes diffinientes sunt vniuersaliores ꝙ ipsum diffinitum: ergo vniuersalia nõ sunt nobis notiora. ¶ Quarto sic. vniuersalia fiunt nobis nota per abstractionem a singularibus: ergo oportet singularia prius esse nota intellectui: ꝙ ipse abstrahat ab eis vniuersalia: et per consequens singularia sunt nobis magis nota vniuersalibus. ¶ Quinto sic: que sunt propinquiora singularibus sunt nobis notiora: sed species sunt propinquiores singularibus sensibilibus ꝙ genera: cum inter genus et singularia ponantur species: ergo species est nõtior genere: et per cõsequens minus vniuersale est nobis notius quam magis vniuersale. ¶ Sexto: si vniuersalia essent notiora singularibus: sequeretur ꝙ methaphisica esset prior aliis scientijs via doctrine: cum ipsa sit de vniuersalissimis que sunt ad cognoscenduz facilima: sed consequens est falsum: ergo ⁊ illud ex quo sequitur: scilicet ꝙ vniuersalia sint nobis notiora. ¶ In oppositum est philosophus in prohemio huius libri: dicens ꝙ ex vniuersalibus ad singularia oportet procedere. Unde in proposito non est sermo de vniuersali in causando: vt bene probat primum argumentum ante oppositum: nec de vniuersalibus in essendo; cum talia non sint ponenda vt videndum est septimo methaphisice. Sed hic est sermo de vniuersalibus in predicando seu in representando siue significãdo: et talia sunt concept⁹ naturaliter plures res repsentantes. Et in ꝓposito singulare potest capi prime intentionaliter: et sic singulare est res que est vna ⁊ non plures: et solet vocari singulare in essendo: et isto modo capiendo quelibet res mundi est singularis: ⁊ isto modo non debet capi in dubio. Alio modo capitur secunde intentionaliter pro singulari in representando: et hoc modo capitur dupliciter. Uno modo pro singulari in respectu. vnde singulare in respectu dicitur minus vniuersale in representando in ordine ad magis vniuersale: et de isto intelligitur in dubio. Alio modo capitur pro singulari simpliciter: ⁊ ẽ illud ꝙ non representat nisi vnum et hoc singulariter et discrete. Et istud etiam est duplex: quoddam est singulare simpliciter determinatum: et est illud quod singulariter ⁊ discretissime representat vnam rem sicut conceptus qui exprimitur per illum terminum sortes. Aliud est singulare simpliciter vagum et illud vnam rem singulariter representat: non tamen discretissime: vt si aliquis a lõge videat illaz rem que ẽ sortes: tunc bene iudicabit ꝙ est hic homo: vel illud animal: vel illud corpus: et habebit conceptum singularem solum illam rem sibi representantem: sed tamen per illum non sciet distinguere illam rem a qualibet alia re eiusdez generis vel eiusdem specie: licet per illum sciet distinguere illam rem a re alterius generis: ⁊ de istis singularibus simpliciter non est sermo in dubio vt bene probant secundum ⁊ quartum argumenta. ¶ Pro solutione dubij est aduertendum: ꝙ titulus dubij potest dupliciter intelligi. vnomodo vtrum conceptus vniuersaliores sint nobis notiores ꝙ conceptus minus vniuersales: ⁊ istum sensum non querimus in ꝓposito: nec illum intendit phũs cum dicit ꝙ ꝓcedẽdum est ab vniuersalibus ad singularia. Sed tamen ad dubiũ sic intellectum dicitur ꝙ conceptus vniuersaliores aliquando prius cognoscuntur ꝙ minus vniuersales aliquãdo vero ecõtra. Aliomodo potest titulus dubij sic intelligi: vtruz res prius cognoscantur a nobis ſm conceptus magis vniuersales ꝙ ſm conceptus minus vniuersales: et hunc sensum intendit philosophus per dictam ꝓpositionem: sed tamen adhuc questio in hoc sensu capta potest dupliciter intelligi. vnomodo sic. Utrum res prius cognoscantur secundũ conceptus magis vniuersales ꝙ secũdum conceptus minus vniuersales a quolibet cognoscente illas res et in isto sensu non capit philosophus dictam ꝓpositionem cuz aliquando res

secundum conceptus minus vniuersales prius cognoscantur q secundum conceptus magis vniuersales cõceptus magis vniuersales a minus vniuersalibus abstrahantur. Secundum quem tamen illorum duorũ cõceptuum res concipitur magis distincte videbitur i libro de anima. ¶ Alius sensus est iste vtrum res ꝑus cognoscantur secundum conceptus magis vniuersales q secundum conceptus minus vniuersales a communitate humana cui aliqua scientia est tradenda: et in isto sensu capit ꝓpositionem ꝑus dictam. Unde aliquis volens tradere communitati humane aliquã doctrinam: debet incipere a ꝓpositionibus vniuersalib⁹ que ex terminis vniuersaliorũbus illius scientie cõstituuntur: quia ꝓpões ex terminis vniuersaliorũb⁹ illius scientie constitute prius a tota cõmunitate cognoscuntur: q ꝓpões ex terminis minus vniuersalibus composite. Etiam nulla res in aliqua scientia considerada ita cito cognoscitur per ꝓpões singulares: vl per ꝓpões ex terminis minus vniuersalibus compositas sicut cognoscitur per ꝓpões ex terminis cõmunissimis illius scientie compositas ista tamẽ cognitio vniuersalis ab vno habetur ꝑ aliquas singulares cognitiones siue minus vniuersales: t ab alio per alias Et sit ptz q noticie vniuersales rerum: a tota communitate habentur: noticie ño singulares siue min⁹ vniuersales non de qualibet re considerata in scientia habentur a tota cõmunitate. Et intelligitur istud dubiũ tam de noticia incomplexa q complexa: principaliter tamen de complexa. De noticia autem incomplexa satis manifestum est: q tota communitas omnia animalia cognoscit secundum conceptum qui exprimitur per illum terminum animal non tamen tota communitas quodlibet animal cognoscit secundum conceptuz specialissimũ: sed aliqui aliqua animalia cognoscũt secũdum conceptus specialissimos t ex illo causatur conceptus generic⁹ qui exprimitur per illum terminuz animal. Alij vero sunt qui non habet tales conceptus specialissimos: ne cilla animalia secundum illos ꝛceptus cognoscunt: sed alia animalia cognoscunt secundũ cõceptus specialissimos t ex illis causatur conceptus generic⁹ omniuz animalium repzesentatiuus. Et sic ꝑz q non tota communitas omnia animalia secunduz conceptus specialissimos cognoscit: sed bene secundũ conceptum generic⁹. Et sicut dictum est de noticia incõplexa similiter dicenduz est de noticijs complexis que habentur in vna totali scientia. Ex dictis patet q philosophus bene ordinauit librum phificorum ante alios libros quia in illis tradit ꝓpositiones ex terminis vniuersalissimis compositas: que quidam propositiones a tota communitate prius cognoscũtur q propositiones ex terminis minus vniuersalibus composite de q̃bus in alijs libris docetur. Istis notatis dicitur ad dubium q in scientia toti communitati tradenda procedendum est ab vniuersaliorũbus ꝓpositionibus talis scientie ad propositiones minus vniuersales: ex quo illa prius a tota communitate cognoscuntur. ¶ Et ad primam secundam t quartam rationes ante oppositũ dubij patet solutio ex dictis. ¶ Ad tertiam dicitur negando maiorem: nam p. nõ dicit q diffinitum prius cognoscitur partibus diffinientibus: sed dicit q diffinitum est notius q diffinitio: id est res a tota communitate prius cognoscitur conceptu diffiniti q conceptu q̃ est diffinitio: quoniam sic non solum oportet cognoscere conceptum generis: sed etiam differentie: t q vnus eorum se habet vt determinabile: alter vero vt determinatio: quod est valde difficile. ¶ Ad quintam dicitur q licet species specialissima sit propinquior singulari determinato eius q genus: non tamen est propinquior primo singulari vago quod ex prima cognitõne sensitiua causatur: licet etiã species apud aliquem sit propinquior ipi singulari in aliquibus q genus nõ tamen apud totam communitatem t in omnibus. Unde non debet volens erudire aliquos in aliqua scientia incipere a minus vniuersalibus: quia esset difficilius eos informare: q si inciperet a magis vniuersalibus. ¶ Ad sextam dicitur negando consequentiam: quia licet metaphisica considerat res vniuersalissime tamẽ descendit ad specialissima quidditatiue considerando. Et etiam considerat de deo t intelligentijs quorũ cõsideratio est summe difficilis. Vel dz cõcedendo q metaphisica rõne ꝑmor ꝓncipior est ꝑma scia vie doctrine: ex quo illa ꝓncipia in qualibet scientia, sunt presupponenda.

Dubitatur tertio: vtrum sit possibile nos aliquid perfecte cognoscere: t si sic vtrum ad illius rei cognitionem oporteat omnes eius causas cognoscere

¶ Et ad primam partem arguitur q sic: quia nisi sic: sequeretur q intellectus humanus frustraretur suo fine cum eius finis sit perfecta cognitio: sed hoc est falsum t contra Aristotelem primo celi t mũdi dicentem: de⁹ t natura nihil faciunt frustra. Sequeretur etiã q oẽs antiqui philosophi inutiliter laborassent volentes nobis tradere perfectam scientiam: quia si hoc sit impossibile homini inutiliter laborauerũt. ¶ Deinde arguitur contra secundam partem q non: quia si sic sequeretur q nullum effectum possemus perfecte cognoscere: ex quo non omnes causas eius cognoscere possum⁹ vt patet de prima causa: sed consequens est falsum: ergo t antecedens. ¶ Tertio sic: habens conceptum de homine in mente sua perfecte cognoscit omnes homines: t tamẽ non omnes causas hominis cognoscit: ergo ad habenduz cognitionem perfectam alicuius rei non oportet oẽs eius causas cognoscere. ¶ In oppositum arguitur primo quo ad primam partez: quia ad cognoscendum rem simpliciter et perfecte oportet eã cognoscere omnibus modis quibus est cognoscibilis: sed hoc est nobis impossibile: quia tũc scientia nostra esset equalis scientie dei: igitur. ¶ Quo ad secundam partem arguitur per philosophum in textu dicentem: tunc enim arbitramur cognoscere vnũquodq; cum primas causas t principia prima cognoscim⁹ vsq; ad elementa: ergo secundum ipsum ad cognitionez alicuius rei simpliciter perfectam oportet omnes eius causas cognoscere. ¶ Pro solutiõe dubij supponitur primo q cognoscibile siue scibile accipitur aliquando pro conclusione demonstrata vel demonstrabili: t aliquãdo accipitur pro subiecto illius conclusionis: aliquando vero pro re pro qua supponit subiectum conclusionis Secundo supponitur q non tot predicata quin plura sunt verificabilia de quolibet pronomine demonstrante aliquam rem. Tertio supponẽ q quia intellect⁹ noster est finite capacitatis: non potest infinita predicata cognoscere de aliquo. Quarto supponitur q duplex ẽ cognitio: quedam est complexa: alia est incomplexa. Cognitio incomplexa est simplex rei apprehẽsio siue conceptus. Sed cognitio complexa est apprehensio complexa alicuius rei siue conceptus complexus. Et diuidit: quia quedam est apprehensiua: alia est adhesiua. Quinto supponitur q cognitionum adhesiuarũ: quedam est perfecta simpliciter: et quedam perfecta in genere. Unde cognitio adhesiua perfecta simpliciter est cognitio qua aliquis cognoscit rem ẽ omnẽ modum secundum quem est cognoscibilis: t ad talem cognitionem requiritur q cognoscantur omnia predi

cata q̃ sunt verificabilia de illa re. Sed cognitio p̃fecta in genere dicitur cognitio qua quis cognoscit rẽ secundum aliqua p̃dicata de illa re: aut de ꝓnomine demonstrante illam rem verificabilia: & hoc siue per demonstrationem: siue per experientiam. ¶ Istis suppositis dicitur primo ad primaz partem dubij: q̃ accipiẽdo scibile ꝓ cõclusionis subiecto vel ꝓ re ꝓ qua supponit: nullum tale est pfecte a nobis cognoscibile simpliciter: ꝓbatur per rationem post oppositum. Probatur etiam vlterius: quia de quolibet tali infinita sunt predicata verificabilia per secundam suppositionez q̃ intellectus ꝓpter finitatem sue capaſcitatis nõ potest distincte cognoscere per tertiam suppositionem: ergo nullũ tale scibile siue nulla talis res est a nobis cognoscibilis perfecte & simpliciter. Tertio ꝓbat: q̃ cognitio perfecta simpliciter tollit omnem dubitationẽ: sed nulla res potest ita perfecte a nobis cognosci quin ad huc remaneat aliquod dubium de ipa igitur. Dicit secundo q̃ scibile ꝓpinquũ quod est cõclusio demõstrationis potest a nobis perfecte cognosci cognitione cõpleta: ptz quia illa cognitio est pfecta simpliciter que tollit omnem dubitationez sed noticia scientifica ꝓclusionis demonstrationis tollit omnem dubitationez de ipsa conclusione: alias non esset noticia euidens: & talis noticia potest a nobis haberi: ergo scibile ꝓpinquũ potest a nobis perfecte cognosci. ¶ Et ad secundam p̃tem dubij dicitur q̃ ad habendum cognitionem incõplexam alicuius rei perfectam: non oportet omnes eius causas cognoscere vt ꝓbat vna ratio facta ante oppositum: Dicitur secundo q̃ ad cognitionnem perfectam complexaz de re in genere habenda: non oportet oẽs causas illius rei cognoscere: ꝓbatur quia, cognitio p̃fecta in genere est qua cognoscitur aliqnod predicatũ de aliquo subiecto, determinate per demonstrationez: sed ad hoc cognoscendum non requiritur cognio oim causarum illius rei: ergo ad noticiam perfectam in genere complexam non oportet omnes causas rei cognoscere. Dicitur tertio: q̃ ad perfectam cognitionem cõplexam simpliciter alicuius rei oportet omnes eius causas cognoscere. ptz: quia cognitio perfecta simpliciter est qua habita nullum remanet dubium circa talem rẽ sed ad hoc q̃ remoueatur omnis dubitatio possibilis fieri de aliquo oportet omnes causas illius rei cognoscere & omnia que de ꝓnomine demonstrante illam rẽ sunt verificabilia. Ex predictis patet q̃ cognitio cõplexa perfecta simpliciter non est nobis possibilis de aliqua re. ¶ Et si argueretur: quia si esset impedimentuz perfecte cognitionis simpliciter: vel hoc esset ex parte rei cognoscibilis vel ex parte intellectus nostri: non ꝓmũ: quia ipe res sufficienter se repzesentãt intellectui Necꝫ secundum: quia vel res est finite cognoscibilitatis: vel infinite: si dicatur ꝓmũ: ergo intellectus potest eam cognoscere eẽm modo: ergo est cognoscibilis. Nõ secundum: quia non est infinite entitatis: ergo necꝫ cognoscibilitatis: consequẽtia tenet: quia sicut se habet res ad esse ita ad cognosci: secũdo metaphisice. Respõdetur: q̃ defectus prouenit ex parte intellectus nostri qui cum sit finite capacitatis non potest cognoscere rẽ infinitis modis. Et cum dicitur res non est infinite entitatis conceditur: ergo non est infinitis modis cognoscibilis: negatur consequentia. Et ad ꝓbationem dicitur: q̃ illa est vna indefinita ex qua non sequitur propositum. ¶ Ad rationes dubij. Ad primam negat maiorem & ad probationem dicitur q̃ finis intellect⁹ nostri non est cognitio perfecta simpliciter: cũ illa non sit nobis possibilis: dicitur etiaz q̃ ꝓ. bene laborauerunt: q̃ ad hoc laborauerunt vt traderent scientiam eo modo quo possibile est eam habere. ¶ Ad secundam dicitur concedendo q̃ nullum effectum possumus cognoscere cognitione perfecta simpliciter et hoc complexa quin omnes eius causas cognoscamus: sed tamen possum⁹ cognoscere cognitione complexa perfecta in genere aliquem effectum sine cognitione omnium suarum causarum. ¶ Tertia ratio est pro responsione data in secũda parte dubij.

Ad rationes questionis: ad primaz dicitur

q̃ licet de corruptibilibus non est scientia tanq̃ de scibili propinquo: si capiatur corruptibile secunde intentionaliter: tamen bene de eis est scientia tanq̃ de scibili remoto & remotissimo si capiatur prime intentionaliter. ¶ Ad secundam dicitur q̃ ens per accidens capitur dupliciter. Uno modo prime intentionaliter: & illo modo ens per accidens est res que potest esse et non esse. Alio modo capitur secunde intentionaliter & hoc dupliciter. Uno modo vt attribuitur propositionibus & sic conceditur q̃ de ente per accidens tanq̃ de scibili propinquo non est scientia & sic ens per accidens est propositio que potest esse vera & falsa. Alio modo capitur vt attribuitur terminis: & sic dicitur q̃ de ente per accidens quod attribuitur alicui accidentaliter et intransmutabiliter bene potest esse scientia tanq̃ de scibili remoto vel remotissimo: sed non de ente per accidens, quod conuenit alicui accidentaliter & transmutabiliter & hoc proprie capiendo illum terminum scientia ¶ Ad tertiam dicitur: q̃ licet scientia naturalis actualis non sit habitus nec scientia capiendo scientiaz pro habitu: tamen scientia naturalis potentialis est bene habitus & scientia. ¶ Ad quartam dicitur distinguendo maiorem: vel capiendo scientiaz pro simplici habitu vnius conclusionis: & sic conceditur maior: vel capiendo scientiam pro totali scientia que nõ est solũ vnius conclusionis sed plurium et sic negatur maior. ¶ Ad quintam patet solutio ex dictis. ¶ Ad sextam dicitur distinguendo maiorem: quia dupliciter aliqua scientia dicitur diffinitiua. Uno modo: quia docet, diffinire, et diuidere: & sic negat maior. Alio modo: quia in ea ponuntur diffinitiones & diuisiones: & sic conceditur maior. ¶ Ad septimam dicitur negando consequentiam: quia ꝓbatiua non considerat de omnibus secundũ omnem modum quo considerari possunt. ¶ Ad octauam dicitur negando consequentiam & causa illius patz ex principio logice: quia scientia practica docet quid: qualiter: & quomodo res operari debeat: qõ non facit hec scientia.

Necesse autem. ¶ Iste est secundus tractatus primi libri in quo philosophus reprobat opiones antiquorum circa principia intrinseca rerum naturalium. Et diuiditur in duo capitula: in primo reprobat opiniones philosophorum non naturaliter loquentiũ in secundo reprobat opiniones philosophorum naturaliter loquentium: ibi. sicut autem phici. Uocat autẽ philosophus in proposito philosophos naturaliter loquentes: qui phie naturalis principia concedebant scilicet motum et pluralitatem entium esse: licet aliquas falsas opiniones habebant. Illos vero philosophos vocat nõ naturaliter loquentes qui philosophie naturalis principia negabant: scilicet motum & pluralitatem entium esse. Primũ capitulum diuiditur in duas partes. In prima enumerat diuersas opiniones antiquorum. In secunda improbat opiniones non naturaliter loquentium: ibi. Id quidem igitur. Dicit ergo primo: necesse est vnum principium rerum naturaliuz esse aut plura: & si sit vnum: tunc queritur vtruz sit immobile: sicut dixerunt philosophi non naturaliter lo-

Opiones antiquoꝝ de ꝓncipijs rez naturalium

quentes sicut parmenides ⁊ melissus: aut erit mobile vt dixerunt philo. naturaliter loquentes: ⁊ horum phi losophorum naturaliter loquentium: quidam dixerũt illud principium esse aerem: vt diogenes. Alij vero a quam vt tales. Alij vero ignem vt heraclit⁹: nulli xo posuerunt tale principium esse terram ꝓpter ei⁹ grossitiem. Si vero sint plura p̃cipia: queritur an sint numero finita aut infinita: ⁊ si sint finita: aut sũt duo: aut tria: aut q̃tuor: aut in aliquo alio numero maiori. Si vero principia sint infinita: aut sunt eiusdem generis differentia tamẽ positione: figura: ⁊ ordine: vt posuit democritus dicens infinita corpora athomalia esse p̃n cipia rerum: ⁊ omnia esse eiusdem generis: differẽtia tamen positione: figura ⁊ ordine: ꝓpter quam diuersi tatem democritus dicebat diuersas res ex ipsis causa ri. Aut sunt diuersorum generum: vt posuit anaxagoras dicẽs infinita athomalia carnis esse principia car nis ⁊ infinita athomalia ossis eẽ p̃ncipia ossis. Et subdit p. q̃ sicut questiones sunt formate de p̃cipijs rez naturalium: ita possunt formari de ipsis rebus natu ralibus.

Jd quidem igitur. ¶ Hec est secũda pars huius capituli in qua philosophus intendit repzobare philosophos non naturaliter loquentes: ⁊ diuidit ista pars in duas particulas. In prima ponit duas co clusiões. In secunda incipit disputare ꝓ tra antiquos.

Prima' conclo Phisic⁹ nõ hz disputare con tra negantes sua p̃ncipia.

¶ Prima conclusio quam ponit p. est ista. Phisicus ex ꝓpzio habitu non habet disputare contra negãtes sua principia: ꝓbat philosophus duabus ratiõnibus: qua rum. Prima est: quia geometer nõ habet disputare cõ tra negantes sua principia: ergo nec similiter phisic⁹ consequentia patet: q̃ sicut se habet geometer ad sua principia ita q̃ non habet aliqua notioza per que pos set arguere contra negantes ea: ita similiter se habet phisicus q̃ non habet aliqua notioza per que possz ar guere contra negantes sua principia. Q| autem antiq negabant principia phie naturalis patet: quia nega bant motum esse: negabant etiam multitudinem enti um: ⁊ per consequẽs negant vniuersaliter aliquid eẽ principium: quia non potest esse principium nisi sit a licuius alterius principiuz. T. Simile igitur. ¶ Se cunda ratio talis est. Phisicus non habet disputare cõ tra quãlibet positionem extraneam ⁊ improbabilem: sicut erat opinio heracliti dicẽt| nihil posse sciri: eo q̃ omnia semper sunt in ꝓmuo motu: sed opiniones nõ naturaliter loquentium sunt huiusmodi: ergo phisic⁹ non habet disputare contra negantes' sua principia: cuiusmodi sunt illi qui ponunt tm̃ vnum principiũ im mobile vt parmenides ⁊ melissus. T. Nec' soluere.

Scda conclo Ad naturalez phm̃ non spe ctat soluere rõ nes negãtium sua p̃ncipia

¶ Secunda conclusio talis est. Ad naturalez phm̃ nõ pertinet soluere rationes parmenidis ⁊ melissi: qui bus probant tm̃ vnum ens immobile esse: probat phi. duabus rationibus quarum ꝓma est. Ad phm̃ natu ralem non spectat soluere rationes valde defectuosas ⁊ nullam apparentiam habentes: sed tales erant ra tiones parmenidis ⁊ melissi: ex quo peccabant in ma teria ⁊ forma: ergo ad philosophum naturalẽ non spe ctat soluere ratiões parmenidis ⁊ melissi. Dicit tamẽ hic p. q̃ ratio melissi est magis inc̃ueniens ⁊ mino rem habet apparentiam q̃ ratio parmenidis: q̃ mel lissus ex vno inc̃uenienti dato incidit in multa inc̃ue nientia. Et ex isto textu elicitur, hec auctoritas cõis

Vno' inc̃ueni enti dato mul ta ꝓsigunt.

Vno inc̃uenienti dato multa contingũt. T. Nobis autem subiiciunt. ¶ Secunda ratio talis est: p. natura lis non habet soluere rationes in quibus negant sua principia: sed tales erant rationes parmenidis ⁊ mel issi: ergo p. naturalis non habet soluere illas ratiões

Maiorem declarat per simile: quia geometer non ha bet soluere rationem antiphontis qui negabat prin cipia geometrie: ergo nec phũs naturalis habet solue re rationes in quibus negantur sua principia. Minor patet: quia in phia naturali supponitur ꝓ principio: omnia quodã modo moueri: hoc autem negabant an tiqui in suis rationibus. ¶ Ratio autem antiphontis qua ꝓbat circulum posse quadrari erat ista. Quecũq; vni ⁊ eidez sunt eqnalia: illa inter se sunt equalia: sed quadratum ⁊ circulus sunt figure equales figure ha benti multa latera ⁊ multos angulos: ergo quadratũ est equale circlo. In illa ratiõe supponebat antiphon lineam circuli non esse diuisibilem in semp diuisibilia

Rõ antiphõt

¶ Sed tamen ratio brissonis ex quo p̃supponit princi pia geometrie debet solui in geometria. Arguebat eñ brisso sic: omnes linee ducte ab eodem puncto in idem punctum sunt equales: sed latera quadrati ⁊ portiões circuli ꝓcedunt ab eodem puncto in idem punctum: er go sunt equales. Illa ratio ꝓcedit ex maiore male in tellecta ex quo illa solum habet veritatem in lineis re ctis: que ꝓcedunt ab eodem puncto in idem punctum per idem medium. T. Et quoniam de natura. ¶ Hec est secunda pticula in qua philoso. intendit disputare contra antiquos: dicens q̃ aliqualiter disputandum est contra illos: scz parmenidem ⁊ melissum licet hoc non potest fieri per icientiam naturalem sed per meta phisicam. T. Principium autez. ¶ Hic philosophus disputat contra illos non naturaliter loquentes: ⁊ pri mo destruit conclusionem eorum: secundo disputat cõ tra quosdam posteriores. Et tertio destruit rationes iporum. Secunda ibi. Conturbati autem. Tertia ibi. Et ex quibusdaz. Et ꝓ fundamentõ supponit phi. q̃ ens dicitur multipliciter siue de multis: vtpote de de cem p̃dicamentis: ⁊ tunc queritur ab antiquis omnia vnum esse dicentibus. Utrum omnia sunt vna substã tia: aut omnia sunt vna q̃tas: aut vna qualitas. Et si omnia sint vna substantia aut omnia sunt vnus ho mo: aut vnus equus: aut vna alia substantia. Et si om nia sint vna qualitas: aut omnia sunt calidum: aut al bum: aut aliquod aliorũ talium: ⁊ cum ista sint multa impossibile est illa esse vnum. Textus. Siquidẽ eñ esset. ¶ Hic philosophus intendit ꝓbare istam conclu sionem: q̃ non est tantum vnum ens. Quam conclusio nem probat philosophus duabus rationibus: quaruz ꝓma sumitur ex diuisione entis in substantiam ⁊ ac cidens: ⁊ est talis: quia vel illud ens esset substãtia vel accidens: vel aggregatum ex substantia ⁊ accidente. Non potest dici q̃ sit aggregatum ex substantia ⁊ acci dente quia tunc multa essent ⁊ non tantum vnum. Iã si substantia ⁊ quantum sunt duo sunt ⁊ non vnum est quod est. Nec potest dici q̃ illud ens sit substantia tm̃: qui tunc illud ens non esset q̃tuz ⁊ per consequens nõ esset infinitum: quod est contra melissum: nec finitum quod est contra parmenidem. Nazvt dicit phi. i' textu: infiniti ratio solum quãtitati congruit: ⁊ similiter fini ti: ⁊ non substantie: aut qualitati: aut alicui alteri: nisi per accidens. Nec potest dici q̃ illõ ens sit accidẽs tm̃: quia tunc sequeretur q̃ essz accidens sine subiecto: qõ est impossibile: quia omne accidens de substantia dici tur: ⁊ nullum aliorum a substantia extra substantiam est segregabile. Textus. Amplius ⁊ quoniaz. ¶ Hic philosophus ponit secundam rationez que sumitur ex diuisiõe vnius in modos eius: ⁊ est talis: si esset tantũ vnum ens: vel illud esset vnum continuitate vel indi uisibilitate: vel ratione. Non primum: quia si illud essz vnum continuitate, tam multa essent: saltem potentia ex quo infinitum continuum est diuisibile. T. Habz autem dubitationẽ ¶ Hic philosophus circa istã rõem

Ens dr multi pliciter de. x. p̃ dicamentis.

Si substãtia ⁊ q̃tuz sunt duo sunt ⁊ nõ vnũ est qd est.

Rõ finiti ⁊ infi niti q̃tati cõ gruit.

Oẽ accũs de sba dr: ⁊ nullũ alior a sba ex tra sbam ẽ se gregabile

mouet talem dubitationem: vtrum totuz ⁊ sue partes sint vnum: vel plura: ⁊ si sint vnū: quomodo sunt vnū ⁊ si sint plura quomodo sunt plura. Et non solum hꝫ dubitatio de ptibus ptinuis: sed etiaz de ptibus nō cōtinuis. T. Et si toti. ¶ Hic p. soluit illam dubitationem ostendendo q̄ totum ⁊ ptes non sunt vnū: sic scz q̄ vnaquecq̄ pars sit vna cum toto: qz tunc totum esſz vnum indiuisibile. ptz: qz que sunt vni ⁊ eidem eadem illa sunt inter se eadem: ergo si ptes sunt eedem toti: ptes erunt eedem inter se. T. At vero. ¶ Hic p. oñdit q̄ secundum non pōt dici: scz q̄ illud ens sit vnum indiuisibilitate: qz indiuisibile non est quātum: ⁊ p ꝓns neq̄ finitum neq̄ infinitum: qō ē ꝓtra parmenidem et melissum. T. At no si rōne. ¶ Hic p. oñdit q̄ nec pt dici tertium scz q̄ illud ens sit vnum rōne: qz tunc sequerentur tria incōuenientia. Primū est: q̄ eadem esſz ratio ꝓtrariorꝫ: scz boni ⁊ mali: ⁊ sic bonum esset malum. Secundum incōueniens est q̄ eadez esſz rō ꝓtradictorie oppositorum scz boni ⁊ non boni: entis ⁊ nō entis. Tertium incōueniens est: q̄ eadem esset ratio diuersorum generum vtpote qualitatis ⁊ quantitatis sed oia ista sunt falsa: ergo illud ex quo sequitur: scz q̄ omīa sunt vnum rōne. T. Conturbati autez sunt. ¶ Hic p. disputat ꝓtra quosdā posteriores phōs parmenidem ⁊ melissum insequentes dicens: q̄ antiqui posteriores conturbati sunt ne oporteat eos ꝓcedere multa eē vnum. Ad hoc autem incōueniēs vitandum diuersas inuenerūt vias: vnde licophron ne ad tale incōueniēs duceretur auferebat a ꝓpositionibus hoc verbum est ⁊ nolut dicere homo est albus: sed solum dicebat homo albus. Alij x̄o videntes tales oratiōes impfectas mutabant locutionez vtputa hoc x̄bum est: ⁊ p̄dicatū materiale in x̄bum adiectiuum: vt nō dicebant homo est albus: sed homo albatur: nec dicebant q̄ homo est ambulās: sed q̄ hō ambulat. Ista sic improbat philosophus: qz multa sunt vnum a parte rei: ⁊ tamen sunt diuersa ratione: vt album ⁊ musicum vnam ⁊ eandem rem de materiali significato significant: ⁊ tamen alia est diffinitio illius termini album: ⁊ alia illius termini musicum. Etiam aliqō est vnum qō est diuisibile in partes: sicut totum continuum. Ex isto ptz q̄ antiq̄ fuerunt decepti: ex quo credebant q̄ vnum ⁊ plura eidem ꝓuenire possunt: hoc autem falsuz est: quia illud quod est vnum actu est plura potentia. Et sic ista duo nō opponuntur vnum in actu ⁊ plura in potentia: sed vnum in actu ⁊ plura in actu opponunt.

Que sunt vni ⁊ eidē eadē illa iter se erūt eadem

Hic philosophus de

Ex quibus demonstrant . struit opiniones antiquorum dicēs q̄ non est difficile soluere rationes parmenidis ⁊ melissi: quia vtraq̄ ratio peccat in materia ⁊ forma. Ratio tamē melissi est magis fatua: ⁊ minorem habens opparentiam dubitādi. Et ideo subdit q̄ vno incōuenienti dato a melisso non erat graue siue difficile ipsum in alia incōueniētia incidere. T. Nō quidem igitur. ¶ Hic p. soluit rationem melissi arguebat enim melissus sic: quicquid est factum habet ꝓncipium: ergo quod non est factum non habet principiuz in illa consequentia committitur fallacia consequētis Et cum vlterius argui: quod non habet principiuz nō habet finem ⁊ per consequens est infinitum: ibi cōmittitur fallacia equiuocationis: quia in ꝓma consequētia capiebatur principium ꝓ principio generationis ⁊ in ſecūda capitur ꝓ principio magnitudinis. Et cū vltra arguit quod est infinitum immobile est: ex quo nullum locum haberet extra se: ibi falsum assumit: qz licet tale ens non mutaretur de loco, ad locum: tamen posset moueri localiter in suo loco: etiam posset moueri motu alterationis. Ulterius deficit in hoc: q̄ probat q̄ ens non sit factum sic arguēs quia si ens esset factū hoc esset aut ex ente aut ex non ente. Non ex non ente: quia ex nihilo nihil fit: vt cōmuniter phi ꝓcedunt: nec ex ente: quia tunc esset anteq̄ fieret. Dicta autem diuisio quam assumit melissus est insufficiens quia dādū est medium inter ens simpliciter ⁊ nihil siue non ens simpliciter: vtputa ens in potentia: sicut est materia ꝓma: que non est res actualiter ⁊ complete existens tam q̄ essentia perfecta ⁊ completa in specie. Et subdit philosophus in textu q̄ quidam philosophorum dixerūt esse vnum ens ex quo alia fierent: tamen plura differebant specie sicut homo ⁊ equus specie differunt: ⁊ similiter contraria. Istorum opinionez improbat philosophus in libris sequentib⁹. ¶ Hic p. soluit rationes parmenidis. Arguebat enim sic parmenides: quicquid est ꝓter ens est non ens: sed nonens nihil est: ergo quicquid est ꝓter ens nihil est: sed ens ⁊ vnum conuertunt ergo quicquid est ꝓter vnum nihil est: ⁊ per consequēs tm vnum est ⁊ illud est immobile: ex quo non habz locum extra se. Hanc rationez soluit philosophus: dicēs q̄ talis argumentatio peccat in materia ⁊ forma. Unde cum assumit quicquid est ꝓter ens est non ens: si capiatur ille terminus ens ꝓ illo quod est substātia tm: vel tm ꝓ accidente sic ꝓpositio est falsa. Sed si caperetur in sua tota cōmunitate: vt dicitur tā de substantia q̄ de accidente: tunc esset vera. Et vlterius cum arguit: quicquid est ꝓter vnum nihil est: ergo tantum vnum est: si in consequēte fiat exclusio gratia alietatis: tunc consequentia est bona: sed tunc non sequitur intentum: ex quo in illo sensu non capiebant antiqui illam ꝓpositionem scz tm vnuz est. Sed si fiat exclusio gratia pluralitatis: tunc non valet consequētia quia in simili non valet: posito casu q̄ non sint nisi alba. Omne ens ꝓter album nihil est: ergo tm vnuz album est: exponendo consequēs gratia pluralitatis: q: possunt esse multa alba ⁊ si non essent multa alba separata ⁊ distincta a se inuicem: tamen multa essent in potentia. Etiam adhuc esset alia ratio albedinis ⁊ ipsius albi: ⁊ cum vlterius assumit q̄ illud esſz immobile: falsum est. Dicitur enim q̄ licet non mouetur de loco ad locum: tamen posset moueri secundum suas partes et motu alterationis. T. Necesse igitur acciperet. ¶ Hic p. specialiter arguit contra parmenidem: ostendendo q̄ per ens non potest intelligere accidens: quia si esſz solum vnum ens: ⁊ illud esset accidens: sequeretur q̄ illud quod non esset: esset: consequens est falsum ⁊ impossibile: ergo ⁊ illud ex quo sequitur: ꝓsequentia ptz: quia secundum eum substantia non esset: cum ipa non sit accidens quod solum ponitur esse ens: ⁊ tamen substantia esset: quia de illa ꝓdicaretur ens: scz accidēs dicendo homo est albus: ergo substantia esſz que non esset Ex isto patet q̄ ꝓma ꝓpositio parmenidis ē falsa si capiat illum terminū ens solum ꝓ accidente.

Ex nihilo nihil fit.

Uno incōueniēti dato multa ꝓtingunt.

T. Si igitur quod vere est. ¶ Hic p. oñdit q̄ illa ꝓpositio etiam est falsa: si parmenides capiat illum terminum ens ꝓ substatia solum: quia si esset vnum ens scz substantia: sequeretur q̄ illud quod esset non esset: cōsequens est falsum ⁊ impossibile: ergo ⁊ antecedens: consequentia patet: quia illo casu posito nihil esſz accidens: ⁊ tamen accidens ꝓdicaretur de substantia: dicendo homo est albus: sed illud de quo ꝓdicatur nō ens debet esse non ens: ⁊ per consequens substantia q̄ ponitur esse non esſz. Et subdit p. q̄ non est incōueniēs dicere: q̄ accidens quodāmodo non est: ex quo nō est substantia: sed incōuenieus est dicere ipm omno nō esse hoc est nullo modo esse. Et consequenter subdit q̄ album multa significat: vtpote quod vere est: ⁊ cum hoc accidens. Ex istis rationibus patet q̄ ꝓpositio parme

nidis est falsa: siue capiatur ille terminus ens p substantia tantum: siue p accidente tantū ⁊ si capiat ipm in sua cōitate: tunc illa ppō non deseruit sibi ad ppositum ostendendum. ℣. Neq; igit magnitudo. ¶ Hic p. reprobat opiniones parmenidis ⁊ melissi simul duabus rōnibus. Quarum prima talis est. Si illud ens qō positum est esse vnum ⁊ immobile essz substantia solū sequeretur q magnitudo non esset: ⁊ per consequens nec finitum nec infinitum: quod est contra parmenidē ⁊ melissum: consequentia patet: quia si substantia et magnitudo essent tam multa essent ex quo essent plures partes quantitatiue in quas illa magnitudo esset diuisibilis. ℣. Quod autem diffinitur. ¶ Secūda ratio talis est: si illud ens esset substantia tunc ipm esset diffinibile: q̄ vtdicit p. vij. metaphisice: diffinitio non est ppe nisi substantie: ⁊ per cōsequens illud ens esset diuisibile in partes diffinientes: quarum quelibet est substantia: ergo posito q illud ens solum esset substātia adhuc esset multitudo in substantijs. Q. autem partes diffinitionis sunt substantie: ostendit p. ponendo gratia exempli: q illud ens sit illa substantia que ē homo: ⁊ q eius diffinitio sit animal bipes: tūc probatur q animal ⁊ bipes sunt substantie: q̄ si non essent substātie essent accidentia: ⁊ tūc vel essent accidentia hoi vel alterius: ⁊ quodlibet illorum est impossibile: ergo ⁊ illō ex quo sequit: scz q non sint substantie. ℣. Accidēs enim dicitur. ¶ Hic p. pro probatione vltime consequentie ponit duas suppōnes: quarum prima est: q accīs ē quod contingit inesse ⁊ non inesse: aut in cuius rōe ponitur subiectum cui accidit. ℣. Amplius quecunq;. ¶ Secunda suppositio est: quando aliquid diffinitur per aliud tunc illud aliud non debet iteruz diffiniri p ipz: ⁊ hoc in absolutis. Istis suppositis probat p. minorem: scz q quodlibet illorum sit impossibile. Primo q bipes non sit accidens hominis: quia vel esset accidēs speabile: ⁊ tunc contingeret hominem non esse bipedē homine existente: suppositō q homo bene diffiniatur per hoc complexum animal bipes: hoc autē est falsum ⁊ impossibile: ergo ⁊ illud ex quo sequitur: scz q bipes sit accidens separabile hominis: vel bipes essz accīs in cuius rōne ponitur homo ⁊ hoc est impossibile: quia homo per li bipes diffinitur: ergo li bipes non debet diffiniri per ly homo: iuxta secundam suppositionem

Qō vere nulli accidit.

Q. autem bipes non posset esse accidens alterius ab homine: probat sic p. quia sequeretur q homo esset accīs alterius: sed hoc est falsum ⁊ impossibile: quia qō vere est nulli accidit: i. quod est substantia non est accīs alicuius: consequentia patet quia si diffinitio quidditatiua alicuius sit accidens: oportet diffinitum esse accidens. ℣. Et quod est ex his. ¶ Hic philosophus tāgit ⁊ aliam rationem parmenidis: qua voluit probare: q erat tantum vnum ens immobile: ⁊ est talis. Si illō ens esset corpus ipsum esset diuisibile aut indiuisibile: si indiuisibile: ergo tantum vnum esset ⁊ non multa: si diuisibile: ergo erit processus in infinituz: quod est impossibile: vel erit status ad indiuisibilia que erunt nō corpora: quod etiam est impossibile. ℣. Quidaz autem rationibus. ¶ Hic philosophus ponit q quidā antiquorum concesserunt ambas rationes parmenidis: eam scz qua probabat omnia esse vnum: ⁊ etiam secundam qua probabat illud esse indiuisibile. ℣. Manifestum autem est. ¶ Hic philosophus duo incōuenientia ponit contra predictos. Primum est: si ens solū substantiam significaret: tunc accidens nihil esset: ⁊ p consequens sequeretur contradictio: scilicet q aliqō essz ⁊ q illud idem non esset: puta ipsum accidens. Secundum incōueniens est: q si nihil preter substantiam essz non esset aliqua multitudo: hoc tamen falsum est: cum adhuc esset multitudo in substantijs: vt prius dictum est. Ex istis concludit philosophus q ex dictis manifestum est: q impossibile est sic esse vnum sicut posuerūt parmenides ⁊ melissus.

Queritur vtrum sit tantuz vnum ens immobile: sicut posuerunt parmenides ⁊ melissus. ¶ Et videtur q sic ratione melissi: quicquid est factum habz principium: ergo quod non est factum non habet principium: sed ens non est factum: ergo ens non habet principium: sed quod non habet principium non habet finem: ⁊ per consequens est infinitum: ⁊ illō quod ē infinitum est vnum ⁊ immobile: q autem sit vnum patet: quia extra infinitum nihil est: ergo est tantum vnum: ⁊ cum non habeat extra se locum ad quem moueatur idem est immobile: ⁊ per consequens est tantum vnuz ens: immobile: ⁊ infinituz. Sed q illud ens non sit factum probat sic melissus: quia si illud ens fieret: hoc esset ex ente vel ex non ente: non ex ente quia tunc essz ante q̄ fieret: nec ex nō ente: quia in hoc omnes phi cōueniunt: q ex nihlo nihil fit. ¶ Secundo arguitur ratione parmenidis sic: quicquid est preter ens: est non ens: sed non ens nihil est: ergo quicquid est preter ens nihil est: sed ens ⁊ vnum conuertuntur: ergo quicquid est preter vnum nihil est: ⁊ per consequēs tantum vnū est: ⁊ illud est immobile: quia non habet locuz extra se ad quem posset moueri: ergo est tantum vnum ens immobile. Alie rationes sophistice possunt formari que patent in sophismatibus.

Ex nihlo nihil fit.

In oppositum est philosophus in textu ostendens q non sit tantum vnum ens et immobile. Unde titulus questionis debet sic intelligi siue exponi: vnū est ⁊ nulla plura sunt. Alij sensus quos titulus potest habere: patent in sophismatibus.

Conclusio responsiua. ¶ Non est tantū vnū ens ⁊ immobile. Hanc conclusionem probat philosophus duabus rationibus: que satis clare patent in textu.

Dubitatur primo. Utruz quantitas sit res distincta a re quanta. Et videtur q sic: auctoritate philosophi dicentis: si substantia ⁊ quātum sunt duo sunt que sunt: ⁊ non vnum est quod est: quod non videtur esse verum: nisi substantia ⁊ quantitas sint distincta entia. ¶ Secundo sic: omne accidens est in subiecto: scz quantitas est accidens: ergo quantitas est in subiecto ⁊ per consequens quantitas non est substantia. ¶ Tertio sic: ratio infiniti quantitati congruit ⁊ non substantie: nec qualitati: nisi per accidens: ergo nec substātia nec qualitas est quantitas: et per consequens quantitas est res distincta a re quāta. ¶ Quarto sic: dicit philosophus primo posteriorum omnis propositio est immediata: in qua diuersa generalissima de se inuicē negantur: ergo hec est vera: nulla substantia est quantitas: ⁊ similiter ista: nulla qualitas est quātitas: ergo quantitas distinguitur a substātia ⁊ qualitate. ¶ Quinto sic: quantitati nihil est contrarium: similiter quantitas non suscipit magis nec minus: sed aliqua res q̄ta habet contrariuz ⁊ suscipit magis ⁊ minus: ergo aliqua res q̄ta non est quātitas. ¶ Sexto sic: si sic sequeretur q omnis generatio: ⁊ similiter omnis alteratio essent motus ad quantitatem. Consequens est falsum ergo et antecedens: falsitas consequentis patet: quia omnis motus ad quantitatem est augmentatio vel diminutio: sed non omnis generatio est augmentatio vel diminutio: ergo non omnis generatio vel alteratio est motus ad quantitatem. ¶ In oppositum arguitur. Omne equale vel inequale secundū ex

tensionem est quãtitas:sed omnis substantia materialis est equalis vel inequalis secundum extensionem: ergo omnis substantia materialis est quãtitas. ¶ Secundo sic:omnis res habens extensiue ⁊ situaliter ptẽ extra partem est quantitas:sed omnis substantia materialis est res hãs extensiue ⁊ situaliter ptẽ extra ptẽ ergo omnis substantia materialis est quãtitas: maior patet:quia ibi prẽdicatur diffinitũ de diffinitione:minor patet:quia substantia materialis habent vnam ptem loco ⁊ situ distantem ab alia. ¶ Tertio sic:omnis res cuius partes copulantur ad aliquem terminũ cõmunem est quantitas continua: sed substãtia pure materialis est res cuius partes copulantur ad aliquẽ terminum communem: ergo substantia pure materialis est quantitas continua.maior patet per diffinitionem quantitatis continue:⁊ minor nota est. ¶ Quarto sic: omne album est substantia: ⁊ aliquod albũ est magnitudo siue quantitas: ergo magnitudo siue quantitas est substantia:maior nota est:⁊ minor ꝓbatur:quia album est quantitas per accidens:vt dicit philosophus in prædicamentis:ergo album est quantitas. ¶ Ad dubium probabiliter pro presenti dicitur:q̃ quãtitas nõ distinguitur realiter a re quanta: vt patet per ratiões post oppositum factas. Unde licet aliqua substãtia sit sua quantitas:non tamen omnis substantia est quãtitas quia substantia imaterialis non est quantitas: sicut est anima:⁊ intelligentia:nec etiam omnis substãtia quanta est sua quantitas continua:vt patet de illa substantia cuius vna pars est indiuisibilis:sicut est homo:quantitas enim hominis est materia hominis: sed homo non est materia eius:ergo homo nõ est sua quãtitas:⁊ hoc loquendo de quantitate continua: sed omnis substantia pure materialis cuius nulla pars ẽ simpliciter indiuisibilis:est sua quantitas continua:nõ tamen omnis quantitas est substantia:patet de quantitate que est qualitas extensa:vt puta albedo:nec etiam omnis quantitas est qualitas: capiendo qualitatem ꝑ ente realiter inherente alicui:capiendo tamen illũ terminum qualitas sicut capitur quando est genus generalissimum:sic omnis quantitas bene esset qualitas: sed non omnis qualitas esset quantitas: vt patet de q̃litate indiuisibile:⁊ immateriali. Et ad primã rationẽ dubij dicitur:concedendo propositionem phĩ: sed tamẽ illa multa non sunt ipsa substantia ⁊ quantitas realiter distincta ab ea:sed sunt plures partes ipsius quantitatis cum nullum ens possit esse quãtum quin plures habeat partes. Sed quereret tunc aliquis: quomodo cõsequentia phĩ valebit:si substantia ⁊ quantum sunt:iã duo sunt que sunt:⁊ non vnum. Ad hoc dicitur:q̃ illõ antecedens scz si substantia ⁊ quantum sunt:valet istã copulatiuam:substantia est:⁊ quantum est:⁊ tũc ꝑma pars illius copulatiue potest verificari de substantia que non est quanta:⁊ secunda pro re quanta:⁊ sic consequentia est clara: quia substantia imaterialis ⁊ res quanta non sunt vna res nisi illa se habeant sicut informans ⁊ informabile:⁊ tunc sunt bene vnum totum cõpositum ⁊ diuerse res simplices non compposite ex ptibus diuersarum rationum. Uel prima pars copulatiue:⁊ similiter secunda verificantur pro vna ⁊ eadez re de qua siue de cuius pronomine demonstrante verum est dicere q̃ est substantia ⁊ q̃ est q̃tũ: ⁊ tunc consequẽtia p.sic valet:si substantia ⁊ q̃tum sunt:ergo q̃tum ẽ: ⁊ vltra quantum est: ergo pars extra partem est: et si pars extra partem est: duo sunt:ergo de primo ad vltimum sequitur:si substantia ⁊ quantũ sunt:multa sunt ⁊ non solum vnum est quod est. ¶ Ad secundam dicit concedendo q̃ aliqua quantitas est insubiecto:⁊ q̃ illa non est substantia:sed est qualitas: vna enim quantitas potest esse subiectum alterius quãtitatis: vt quãtitas que est substantia: est subiectum q̃titatis que est qualitas. ¶ Ad tertiam dicitur negando consequẽtiã quia licet finitum vel infinitum ꝑdicetur de illo termino q̃titas per se:sicut passio de ꝓpo suo subiecto: ⁊ nõ ꝑdicet ꝑ se de illis terminis substantia ⁊ qualitas:cuz non sint subiecta ꝓpa illius passionis: tamen bene ꝑdicatur vere per accidẽs de illis diabilibus. ¶ Ad q̃rtam ptz solutio ex dictis in libro posteriorꝝ circa illum passum. ¶ Ad quintaz ptz solutio ex dictis in ꝑdicamẽtis. ¶ Ad sextam dr negãdo ꝑmã ꝓñam. Et ad ꝓbationem eius dr:q̃ concesso antecedẽte negãda est ꝓña:qz non dr motus ad quãtitatem:eo q̃ q̃titas acq̃rat: sed qz ꝓpter talem motum aliq̃ dicibilia ꝑdicant de ꝑma substantia que sunt de genere quãtitatis maiorem vel minorem quantitatem importantia q̃ imꝑortabant dicibilia ꝑdicamenti quãtitatis que ante talem motũ de illa ꝑma substantia verificabantur:de ista quidez materia plura alia videbunt in metaphisica cuz ad metaphisicam ptineat oñdere distinctiones rerum.

Dubitatur secũdo circa ꝑmã rõnez phĩ qua

probat q̃ non ẽ tm̃ vnum ens ĩmobile.: suppositis his que dicta sunt in ꝑmo dubio:vtz illud verum est:q̃ ꝑdicit: si illud ens esset solum substantia tunc non esset quãtum:nec finitum nec infinitum. Et videt q̃ non:qz oĩs substantia pure materialis est sua quãtitas vt ptz ex ꝑmo dubio:⁊ ꝓñs ipa est quãta:finita vel infinita: sed si essz tale ens sicut parmenides ⁊ melissus posuerunt:illud esset substantia pure materialis:cũ antiqui ponebant materiam esse totam substantiam rei: ergo illud ens si essz:esset quantum:⁊ ꝓñs finitum vel infinitum. ¶ Secundo sic:non sequit socrates est solum substantia:ergo non est quantus:nec finitus vel infinitus ergo similiter ꝓña p.non valet: si illud ens esset soluz substantia:non essz q̃tum finitum vel infinituz:añs pz qz añs illius ꝓñtie est verus ꝓñte existente falso. ¶ In oppositum est p.ponens illaz ꝓñam in sua rõne. ¶ Ad dubium dr q̃ si phũs in añte sue ꝓñtie capiat illam dictionem solum vt facit ꝑpõnem excluſiuam:sic ꝓña p. est bona:qz añs illius ꝓñe est impossibile:⁊ ad impossibile sequ̇tur qlibet: siue quelibet ꝑpõ nata est seq̃:q̃ añs añs talis ꝓñtie sit impossibile:ptz ꝑ exponentez eius que est ista:illud ens est substantia ⁊ nihil aliq̃ est illud ens est substantia: mõ scda ps illius copulatiue est falsa ⁊ impossibilis: qz ad eam seq̃tur ista. Nulla ps illius entis est substantia:⁊ ista infert vlterius istam q̃ illud ens nõ est substantia:⁊ sic añs dicte ꝓñtie icludit istas duas ꝑpõnes:illud ens est substantia:⁊ illud ens non est substantia. Uel p.põt capere illam dictionem soluz vt faciat ꝑpõnem de excluso ꝑdicato:⁊ hoc ꝓngit dupliciter. Uno mõ vt denotat tale ꝑdicatuz ꝓuenire subiecto:⁊ suum ꝓtradictorie oppositum negari de eodez ⁊ sic sensus illius añtis est:q̃ illud ens est substantia ⁊ non est non substãtia:⁊ tunc ꝓña philoso.non valet:vt bene patet per secundum argumentum dubij. Uel põt capi illa dictio solum:vt per eam denotentur alia ꝑdicata ab isto ꝑdicato substãtia remoueri a tali subiecto ⁊ tunc sensus antecedentis est iste q̃ illud ens est substantia ⁊ non est quantum:nec quale: nec ad aliquid: et sic de alijs. Uel sensus potest esse iste:si ille termin̄ substantia predicetur de illo termino ens supponente pro illa re quam antiqui ponebant:⁊ nullus alius terminus alterius predicamenti: tunc illud ens non erit quantum finitum nec infinitum: ⁊ sic consequentia p. bene valet. Et ad primam rationem dubij dicitur: concedendo totum argumentum. Ad secundam patet solutio ex dictis.

¶ Iste est tertius tractatus huius libri. in quo p. determinat de nūero prīcipioꝝ rez naturaliuz ſm veritatem. Et diuiditur iste tractatꝰ in tria capitula. In primo determinat de contrarietate prīcipioꝝ. In secūdo de numero ipoꝝ prīcipioꝝ in generali. In tertio facit hoc in speciali. Primum capituluz diuiditur in duas ptes. In prima ostēdit q̄ prīcipia sunt contraria. In secūda ostendit cōuenientiam & differētiam antiquoꝝ circa prīcipia ibi: vsq; quidem: igitur. ¶ In prima pte intēdit talem conclusionem: q̄ prīcipia rez naturalium sunt cōtraria. Hanc cōclusionem probat p. auctoritate antiquoꝝ: & ratione. Auctoritate antiquoꝝ. ꝓbat sic. q: quiđ antiquoꝝ: puta illi qui tīū posuerunt vnū ens īmobile: & dixerūt calidum et frigidū esse prīcipia: & hec duo appellabant ignem & terram: & sic ſm istos illa q̄ erant vnū ſm rōnem: erāt plura ſm sensum. Alij vero posuerūt rarum & densuz Alij vero plenū & vacuum. Alij vero rectum & circulare: & ista oīa sunt cōtraria: igitur prīcipia rerum naturalium sunt cōtraria. Textus. Et hoc rationabiliter ¶ Hic p. ꝓbat eandem conclusionem ratione: que talis est. Quecūq; sic se habent q̄ non fiunt ex alijs: nec ex alterutris: & q̄ omnia fiunt ex ipsis sunt prima prīcipia: sed prima cōtraria sunt huiusmodi: ergo prima contraria sunt prīcipia: igitur prima prīcipia sunt pria cōtraria per conuersionem simplicem. Maioꝝ pz ex conditionibus primoꝝ prīcipioꝝ. Minorem probat p. quo ad primam ptem: scz q̄ prima contraria non fiunt ex alijs: qz ipsa sunt prima: & si fierent ex alijs ipsis essent aliqua prioza: & per consequens non essent prima. ¶ Quo ad secūdam partem probat sic philosophus: scilicet q̄ non fiunt ex alterutris: quia vnuz contrariorum non potest esse de substantia alterius: ergo non fiunt ex alterutris. Probatio prime partis tangitur ibi. Propter illud q̄ prima. Et ꝓbatio secunde partis ibi. Ob id vero. T. Sed oz. ¶ Hic p. intendit ꝓbare tertiā ptez minoris: scz q̄ oīa alia a primis contrarijs fiant ex ipsis. Et pro ꝓbatione illius supponit phūs duo. Primum est: q̄ non qōlibet natū est agere in qōlibet indifferēter: nec pati a quolibz. Secūda suppositio est: q̄ non qōlibet fit ex quolibz nisi ſm accidens. Hanc conclusionem declarat tam in simplicibus q̄ in compositis. In simplicibus sic. quia album non fit ex musico: nisi ſm accidens: inquantum nigro vel non albo accidit esse musicum: sed album fit ex non albo per se: & non ex quocunq; non albo: sed ex nō

¶ Nō qōlz natuz ē agere in qōlz idifferēter nec pati a quolibz.

albo qđ est nigrū vel medio colore coloratū:cū solum ipsum nigrū seu medio colore coloratū sit in potentia ad eē albū. Silr albū nō corrūpit in musicū nisi fm accidēs:sed corrūpit in nō albū qđ est nigrum vel medio colore coloratū p se. Et silr dicendū est in alijs simplicib⁹. Sed in cōpositis nos istud magis latet:eo q̄ opposita ꝓpositoꝝ nō sūt nobis notata nec manifesta:vt oppositū dom⁹ nō ē nobis notatū:ſz possum⁹ ibz notia re isto notie incōsonās:r sic ꝓsonās.i. ꝓpositū fit ex nō cōsonāti:r nō ex quolibet nō ꝓsonāte:sed ex incōsonā ti sibi oppositoꝝ:r etiā corrūpit in incōsonās sibi oppositū. T. Si igit̄ ꝫ verū est. ¶ Hic p.formatr rōnez per quā ꝓbat tertiā ptē minoris:r ē talis. Oē qđ fit: fit ex suo ꝓtrario vel medio. Et silr oē qđ corrūpit: corrūpit in ꝓtrariū vel mediū:r ipa media fiūt ex ꝓtrarijs:ğ oīa q̄ fiūt sūt ꝓtraria vl fiūt ex ꝓtrarijs:r p ꝑns ꝑmis ꝓtrarijs ꝓuenit q̄ oīa alia q̄ fiūt:fiāt ex ipis. Hñ cū dicit p. q̄ ipa nō fiāt ex alijs nec alterutris: dz itelligi:q̄ principia nō fiāt ex alijs vel alterutris:tāq̄ ex ptib⁹ essentialib⁹ vel integralib⁹ eoꝝ:sed tū bene possunt fieri ex alijs siue ex alterutris tāq̄ ex termīo a quo r termino ad quē:r isto mō etiā alia frequēter fiūt ex ipsis.

Elsq; quidem igitur. ¶ Hec est scda ps hui⁹ cap̄.in qua p.ponit ꝓueniētiā r differentiā antiquoꝝ. Cōueniūt em̄ oēs antiq̄ in hoc: q̄ ponunt prīcipia esse ꝓtraria:nō rone ducti siue moti: sed veritate coacti. T. Differūt aūt. ¶ Hic p.ponit differentiā eoꝝ dicēs:q̄ antiq̄ in ꝫ differūt. qr aliq̄ posuert calidū r frigidū esse prīa prīcipia ꝓtraria: r illi dixerūt prīcipia esse priora fm sensum. Alij posuerūt rarum r densum:alij magnū r puum:alij litez r amicitiā:r isti dixerūt prīcipia ꝓtraria eē priora fm intellectū. Et illi q̄ dixerūt prīcipia eē priora fm sensum dixerūt principia esse singularia:ex quo sensus nō est nisi singularū Et q̄ dixerūt principia esse priora fm itellectū: dixert illa esse vniuersalia. Et subdit p.q̄ vle fm rōnez notū est:singulare aūt fm sensum. Cōsequēter subdit q̄ rō est ipsius vlis:sensus vero ptic̄laris. Ex isto quidam elicūt:q̄ intellect⁹ nō cognoscit singulariter siue rem ꝯceptu singulari: sed solū cognoscit vlr siue cōceptu vlr. Isti tñ hoc ex isto textu elicere nō possūt:qr p. hic solū recitat dicta antiquoꝝ: ō ꝓpōnes ꝓ autoritatibus sumi nō debēt. Et si dicte ꝓpōnes ꝓ autoritatibus p.reputarēt̄:tñ ex ipsis nō posset haberi nec inferri:q̄ intellect⁹ nō cognoscit singulariter. Hec enim ꝑna nō valet:intellect⁹ cognoscit vlr:ğ nō pōt cognoscere singulariter:nō ꝓpter dictā ꝓpōnē nullus negare debet intellectū cognoscere singulariter. T.

Ratio ē vlis sensus xo singularis.

Consequens autem. ¶ Istud est scōm capi. tertij tractat⁹ in quo p.oñdit quot sunt principia rerum naturaliuz. Et diuiditur istud capitulū in quattuoꝝ partes fm quattuoꝝ conclusiones ¶ Prima cōclusio quā intendit probare est ista. q̄ non est tñs vnū principium rei naturalis siue rerum naturalium. Hanc conclusionem probat p.sic: quia principia rei naturalis debent esse cōtraria: vt prius ostendit p. sed nihil est sibijpsi cōtrariuz:ğ rei naturalis nō pōt esse tñs vnum principiū. T. Infinita aūt. ¶ Hec est scda ps in qua p.premittscdam ꝯclusionē que talis ē q̄ principia rei naturalis non sunt infinita. Hanc conclusionem ꝓbat p.quattuoꝝ rōnibus:quarū prima est Nihil cognoscitur nisi cognoscanē ea ex quib⁹ ꝓstituitur:sed si principia rerum naturalium essent infinita nō cognoscerentur:ergo nec illud qđ ex ipsis ꝓstituit: et per cōsequēs nō haberetur scientia de rebus naturalibus:cōsequens est falsum:ergo r illud ex quo seq̄ tur. T. Et prima ꝓtrarietas. ¶ Scda ratio talis est. prima cōtraria sunt principia:vt prius ostensum est: sed illa non sunt infinita:igitur principia rerū naturalium non sunt infinita. Minoꝝ ptz:qr in vnoquoq; genere est vna prima ꝓtrarietas: sed illa cōtrarietas nō habet infinita cōtraria:sed solum duo: ergo prima cōtraria nō sunt infinita. T. Et qōcū ꝓ igit̄. ¶ Tertia ratio est:illud qđ potest fieri per finita: eque bene vel melius sicut per infinita magis ponēdū est fieri per finita q̄ per infinita:sed oēs res naturales possunt fieri per finita principia:ergo magis ponendū est ea magis fieri per finita prīcipia q̄ infinita. Ex isto textu elicitur ista autoritas. Frustra fit per plura qđ pōt eque bene fieri ꝑ pauciora. Et subdit p.q̄ Empedocles melius locutus est de principijs rerum naturaliū q̄ Anaxagoras:qui posuit principia rerum naturalium eē infinita. T. Amplius sunt alia. ¶ Quarta ratio est:si principia rerum naturalium essent infinita: tunc omnia contraria essent principia:sed hoc est falsum: igit̄ principia rerū naturalium non sunt infinita. Minoꝝ patet:quia aliqua ꝓtraria sunt prioza: r aliqua posterioza. Etiam principia debent permanere:sed non omnia contraria possunt permanere:ergo nō oīa ꝓtraria sunt principia. Ex dictis cōcludit p.q̄ nō est solū vnuz principiū:nec sunt infinita principia rerum naturaliū T. Quando autem finita. ¶ Hec est tertia ps hui⁹ capi.in qua phūs ponit tertiam cōclusionez que talis est. Cuiuslibet rei naturalis sunt plura prīcipia q̄ duo Hanc cōclusionem ꝓbat p.duabus rationibus:r vno signo:quarum prima ratio talis est. Omne qđ fit naturaliter:fit substantialiter ex aliquo:vt cōcedūt omnes phi naturaliter loquētes:sed vnum cōtrarioꝝ nō fit ex alio substantialiter:ergo preter contraria oportet ponere aliquid ex quo res fiant tanq̄ ex subiecto illorum cōtrariorum:r p ꝑns erunt plura principia q̄ duo. T. Adhuc aūt amplius. ¶ Scda rō talis est.oz aliqua principia rerum naturalium esse contraria: et etiam oportet aliqua principia non esse contraria: sz hec saluari non possunt nisi ponendo cum contrarijs tertium principiū:ğ cuiuslibet rei naturalis plura sūt principia q̄ duo. Maioꝝ quo ad primā ptem ptz p capitulum precedens. Sed quo ad scdam ptem ꝓbatur quia substantie nihil est cōtrariū:r tamē prīcipia substantie sunt substantie:ergo illa principia nō sunt cōtraria. Simulrer cōtraria habent fieri circa idem subiectum:ergo si illa cōtraria sunt principia: subiectum erit principiū:cū subiectū sit prius ꝑdicato.i.eo qđ sibi realiter inheret:r illud subiectū nō est ꝓtrariuz alicui:ergo aliq̄ sunt principia non cōtraria. Minorē ꝓbat sic p.qr nullus potest saluare rationē: que probat q̄ principia nō sunt contraria r rōnem probantem q̄ principia sunt cōtraria que posita est in capitulo precedenti:misi ponat cum cōtrarijs tertium principiuz. ergo preter contraria ponendum est tertium principium:r per ꝑns cuiuslibet rei naturalis plura sunt principia q̄ duo. T. Quēadmodū dicunt. ¶ Hic p.ꝓbat dictam cenclusionē autoritate antiquoꝝ. Nam omnes antiqui preter ꝓtraria tertiū posuerūt principiuz Nam plato ideam posuit:cum istis duobus prīcipijs cōtrarijs magnum r paruum. Alij cum cōtrarijs posuerunt aerem:aquam:r sic de alijs opinionibus antiquoꝝ:ergo cum cōtrarijs ponendum est tertiū principium. T. Plura autem trib⁹ ¶ Hec est quarta pars huius capitulian qua p.ponit quartam conclusionez que talis est. Rerum naturalium nō sunt plura principia q̄ tria. Cōclusionem istam ꝓbat p. duab⁹ rōnib⁹: quarum prima talis est. Si in transmutatione naturali est tñs vnum subiectum circa ipsum: primo erunt duo prima contraria. Sed in transmutatione naturali est solum vnum subiectum:ergo circa ipsum solum

In vno quoq; gñe ē vna prima contrarietas.

Frustra fit ꝙ plā qđ pōt eq̄ bene fieri per pauciora

Opz prīcipia semp permanere.

Conclusio.iij.

Sbñe nihil ē cōtrarium. Ex nō ſnitis nō fit ibña.

Conclusio.iiij.

Prīa ꝯclusio.

Scda ꝯclusio

erunt duo prima ptraria: ⁊ per ꝓns erunt solū tria principia. Maior ptz: qz subiecto multiplicato multiplicatur ptrarietas ⁊ ecōtra. Minor ptz: qz vnū subiectū est sufficiēs: ꝯ frustra ponerentur plura. Silr vna contrarietas est sufficiēs: ergo frustra ponerentur plures cōtrarietates. T. Silr aūt ⁊ ī possibile. ¶ Scōa ratio talis est. Si est vna sola prima ptrarietas erit vnū solū primū subiectū: ⁊ per consequens erūt solum tria principia: sed est vna sola prima ptrarietas: ꝯ est vnū solū primū subiectū. Minor ptz: qz est vnū solū primū genus: puta substantia: ꝯ est vna sola pria ptrarietas Cōsequētia ptz: qz vni⁹ ꝑmi gn̄is est vna pria ptrarietas. Et subdit p. in textu: q⁹ principia q̄ sunt ptraria differunt ſm pri⁹ ⁊ posteri⁹: ꝫ est ſm magis cōe ⁊ minus cōe: vel sicut substātie ⁊ accidētia: sed tū nō differunt genere: qđ dupliꝫ pōt intelligi. Uno mō: q⁹ conueniunt in modo principiandi: ⁊ significanꝫ p ista tria gn̄a principiorū: materia: forma: ⁊ priuatio. Aliter pōt intelligi sic: q⁹ sunt eiusdem ꝺicamenti: ⁊ differūt sicut magis cōmune ⁊ minus cōmune. T.

Uni⁹ ꝑmi generis est vna prima contrarietas.

Sic igitur nos dicamus ⁊c.

¶ Istud est tertium capi. hui⁹ tracta. in quo p. determiat de principijs rerū naturaliū in spāli. Et diuiditur istud capi. in duas ptes. In pria ponit q̄daz ꝑambula In scōa deteriat de ipis principijs: scōa ibi. Deteriatis igitur hijs. Dicit ꝺ prio sic: q⁹ prius determinandū est de generatiōe siue trāsmutatione ſm rōnem cōem q⁹ ſm rōnem specialem. T. Dicimus cm̄. ¶ Hic p. ponit suū primū preambulū qđ est tale. q⁹ multis attribuitur fieri cōplere: ⁊ multis incōplere. vt hoīem vicimus fieri musicū: ibi incōplere accipiꝫ ille termin⁹ hō et etiam ille terminus musicus. Similiter vicim⁹ īmusicum fieri musicum. Simuliter etiā ꝓplere vicim⁹: ex hoīe īmusico fit hō musicus. Et iter ista aliq̄ precedunt mutatōem sicut hō ⁊ īmusicū: siue hō īmusicus: et aliqua sequūtur: vt musicū ⁊ hō music⁹. Et omnib⁹ istis attribuiꝫ hoc ꝺicatū fieri ex diuersos modos loquēdi: quia de aliq̄b⁹ vicim⁹ hoc fieri hoc: vt hominez vel īmusicū fieri musicum. Et alijs attribuitur ali⁹ modus loquēdi: vt hoc fit ex hoc: sicut hō music⁹ fit ex homine īmusico. Iulr musicus fit ex īmusico. T. Horum aūt. ¶ Scōm preambulū est: q⁹ ōcedentia transmutatiōnē que est generatio sunt subiectum ⁊ priuatio opposita forme acquirēde: vt hō ⁊ īmusic⁹: ⁊ q̄tum ad subiectum vtimur isto mō loquēdi: hoc fit hoc. sed q̄tū ad priuatiōnē cōiter vtimur isto mō loquēdi: hoc fit ex hoc: ⁊ iste diuersus modus loquēdi ꝓuenit ex eo: q⁹ in transmutatione aliquid abijcitur. s. priuatio. Et iō q̄n ꝓto termino a quo suminus priuationem: tunc vtimur locutione in obliquo per quā denotatur priuatio abiici. Aliud est in trāsmutatione qđ ꝑmanet scz subiectū ⁊ rōne eius vtimur locutione in recto ad denotādum subiectum ꝑmanere. T. Horum aūt que fiunt. ¶ Tertium preambulum est q⁹ differētia est inter subiectum ⁊ oppositum: quia subiectū manet ante transmutatōem ⁊ post: sed oppositū siue priuatio forme acquirende non manet post transmutationem: vt homo postq̄ factus est musicus manet: ⁊ tamen post transmutationem non est musicus. T.

Opz fz natura cōia pri⁹ dicere: ⁊ hic circavnū qđq; ꝑ pria ſpecu a: ī

Preābulū. i.

Preābulū. ij.

Preābulū. iij.

Determinatis igitur his ⁊c.

Cōclusio p:la

¶ Hec est secunda pars huius capi. in qua p. determinat de ipsis principijs. Et diuiditur ista pars in sex ptes. ¶ Prima cōclusio quā ponit est ista: q⁹ in omni transmutatione naturali aliq̄d subijcitur qđ fit. Ptz: quia in omni trāsmutatiōe duo precedunt: scilz subiectum ⁊ oppositum: sed oppositum non manet: ⁊ subiectum manet: ⁊ non manet: sicut terminus a quo: nec sicut terminus ad quem: ergo manet sicut illud quod dicitur subijci transmutationi et illud dicitur fieri subiectiue. T. Et hoc si vero.

Conclusio. ij.

¶ Hec est scōa particula in qua p. ponit scōam cōclusionem q̄ talis est. q⁹ materia ⁊ priuatio licet sint vnū numero: differunt tamen ratione. Probat sic p. quia illa que sic se habent q⁹ in transmutatione vnum destruitur: ⁊ alterum manet. distinguuntur rōne: sed sic est de materia ⁊ priuatione: ergo distinguuntur rōne. Minorem declarat p. quia cum ex homine immusico fit musicus: transmutatione facta permanet homo: sed non permanet immusicum. ¶ Istud tamen non ꝓuenit propter diuersitatem rei que est materia: ⁊ rei q̄ est priuatio: sed propter diuersitatem rationum istorū terminorum scz materia ⁊ priuatio. T. Multipliciter autem. ¶ Hec est tertia particula in qua p. resumit primā cōclusionem. scz q⁹ in omni transmutatione aliquid subijcitur: ⁊ probat eam duabus rationib⁹: quarum prima est: q⁹ omne quod fit: fit simpliciter: vel ſm quid: ⁊ vtrobiq; est subiectum ꝓsuppositū: igitur in omni transmutatione aliquid subijcitur. Minor patz quia in transmutatione accidentali requiritur subiectum: cum accidens non posset esse sine subiecto. Similiter in transmutatione substantiali res naturalis nō potest fieri naturaliter: nisi fiat ex aliquo qō subijciatur: vt plante ⁊ animalia fiunt ex semine ꝓsupposito.

Modi fiendi

T. Fiunt autem. ¶ Hic p. ꝑbat dictam cōclusionem ꝓ inductionē: q⁹ aliqua fiūt per transfigurationem: vt statua ex ere. Alia fiunt per appositionem: vt cumul⁹ lapidum ex lapidib⁹. Et alia fiunt ꝓ substractionem: vt mercurius ex lapide. Quedā vero per alterationez et in omnib⁹ istis ꝓsupponitur aliqd: ergo in oī transmutatione est subiectū ꝓsuppositū. Et subdit p. q⁹ illō qō fit est cōpositū qō intelligendū est de eo qō fit totalitatiē. T. Manifestū est ergo. ¶ Hec est quarta ꝓticula: in qua p. ponit tertiā cōclusionē dicens: q⁹ materia ⁊ forma sunt principia per se rerum naturaliū Probat sic p. q⁹ illa ex quib⁹ substātialiter fit ⁊ cōponitur res naturalis sunt principia per se rerum naturaliū. sed materia ⁊ forma sunt hmōi. Minorez ꝑbat sic p. q⁹ ratio rei naturalis hoc est. diffinitio ꝓstituitur ex rōne forme ⁊ materie: ergo res naturalis cōponē ex materia ⁊ forma. Exemplum dat p. vt homo musicus cōponitur ſm suā diffinitionē ex rōne hoīs: ⁊ rōe musici. T. Est autem subiectum. ¶ Hec est quinta particula in qua p. ponit quartā cōclusionem que talis est q⁹ priuatio est principiū p accidēs rei naturalis: ptz: q⁹ materia est illud ex quo fit aliquid: ⁊ manet in illo qō fit: ⁊ ꝓ ꝫns est principiū per se: priuatio vo nō manet: ergo priuatio est principiū per accidens ⁊ non per se. Uñ licet priuatio sit vna ⁊ eadem res: cū materia tū postq̄ cōpositū factum est: non est amplius priuatio ad formam iam acq̄sitam: ⁊ tamen adhuc ē materia. T. Unde est q⁹ sunt duo quodāmō. ¶ Hec ē sexta particula in qua p. ponit quintam cōclusionē: q⁹ rez naturaliū principia sunt quodāmō duo: ⁊ sunt quodāmō tria: ⁊ quodāmodo contraria: ⁊ quodāmodo nō cōtraria: ptz: quia forma ⁊ priuatio adinuicē cōtrariātur: materia vero ⁊ forma nō cōtrariantur: ⁊ ex quo priuatio est eadem numero cuz ipsa materia: sequiꝫ q⁹ re aliter sunt duo principia ex quibus fit et constituitur res naturalis: ⁊ ex quo materia ⁊ priuatio habent diuersas rōnes: ideo principia rerū naturaliū sunt quodāmodo tria: hoc est tribus diuersis rationibus ipsa principia explicantur: materie quidem conuenit vna ratio inseparabiliter: puta esse subiectum siue esse materiam. rō tamē priuationis talis forme vel talis nō cōuenit materie post transmutationem. T. Quedā

Conclusio. iij.

Cōclusio. iiij.

Cōclo. v. ⁊ vi.

ergo principia. ¶ Phūs hic recapitulat ea que dicta sunt dicēs q ex dictis ptz quot sunt principia trāsmutationis naturalis: t quō opz aliqd subijci: t quō opz duo esse ptraria: t quō quodammō sunt tria principia realiter tñ nō sunt nisi duo ex quib⁹ res naturalis constituit: qz vt dicit p. in textu alterū cōtrariox puta forma sui absentia t pentia sufficiens est facere trāsmutationem qō oz intelligi tanq terminus transmutationis rei naturalis. ¶ Quoniā textus huius tractatus aliquas speciales in se continet difficultates cognitu q plurimū vtiles haud immatura deliberatiōe Cōmentatoris Auerrois atq Buridani explanatōes adijciūtur: quatenus mens autoruz. consensu oīm approbatissimox: super eodē facile poterit intuentibus apparere. ¶ Unde quod Georgius in primo capi. hui⁹ tractat⁹ dixit (Sed in ꝓpositis illud magis latet tc.) longo sermone ꝯmentator in hec verba prosequitur.

Alterū ptranox sui absentia t pentia sufficiēs ē facere transmutationem.

Cōmēto. xlv.

¶ Dicit. Et similiter est de omnibus speciebus generabilium t corruptibilium scz quoniam generātur ex contrario: t corrumpuntur in cōtrarium. videm⁹ enim q illa que generātur ex pluribus vno: t sunt illa que non sunt singularia: sed cōpositā: talem dispositionez habent in generatione t corruptione: sed qr dispositiones oppositē existētes in istis rebus inter illud qō generatur: t illud ex quo generatur: t inter illō qō corrūpitur t illud in qō corrūpitur non habēt noīa: ideo latet contrarietas existens in istis rebus t non percipitur: sed cum inspicitur videtur necessario existere in eis. necesse esse vt omne cōpositū fiat ex non cōpositō et non ex quolibet non compositō: sed ex nō compositō termīato: t est illud in quo est priuatio ꝓpria illi cōpositioni. Et similiter cōpositum corrumpitur in nō compositum: t non in quodlibet nō cōpositum: sed in illud in quo est priuatio illius compositionis. Manifestum est igitur etiam in hoc modo generationis et corruptionis q sit ex oppositis scōm habitū t priuationē. ¶ Subdit cōmento. xlvi. Dicit: q non est differētia in hoc sermone inter hoc q aliquis ponat: q generatio istorum scz que generantur ex pluribus vna sit fm cōpositionem: aut fm ordinez: aut alijs modis eadem enim est consecutio in hoc. Et ita est in artificialibus sicut in naturalib⁹: domus esse generatur ex aliquo non compositō compositione domus: sed separata: sed illa separata sunt terminata t in dispositionibus terminatis: t hoc intendebat cum dixit: t sunt talia in tali dispositione: t similiter idoluz: t vnūqōq artificialium quorū generatio est in figura: generanē ex non habente illam figurā: ita q ista priuatio sit ꝓpria. Deinde dixit: t vnūqōq istorum tc. i. vt mihi videtur t vnūqōq eorum ex quibus generatur compositum quoddam habet ordinē ꝓprium inesse compositi: t quoddam habet cōpositionem propriam inesse eius: t dixit hoc demonstrando q compositum cōponitur ex rebus termīatis: hec ille. ¶ Quod postea subdit Georgius sub obscure in fine capituli. (Unde cuz dicit philosophus: q principia non fiunt ex alijs: nec ex alterutris debet intelligi tc.) Buridanus luce clarius tetigit dicens. ¶ Notandum est q prima principia intrinseca rerum naturalium debent esse simplicia id est non composita ex partibus diuersaruz rationum. Ideo sequitur q non fiunt substantialiter t intrinsece ex alijs: essent enim composita: tamen possūt fieri ex alterutris prout ex dicit circunstantiam termini vel ordinis. Caliditatem esse dicimus fieri ex frigiditate tanq ex termino a quo. Uel ex frigiditate id est post frigiditatem. Similiter vnum principiuz dicitur bene fieri ex alio prout ex dicit circunstantiam subiecti: sic enim forma fit ex materia id est in materia subiectiue. ¶ Preterea tactum a Georgio in secunda parte capituli primi. (Consequenter subdit q ratio est ipsius vniuersalis tc.) Commentator. xlix. Commento prosequitur in hec verba. ¶ Deinde declarat quod est motus apud intellectum: t quod apud sensum dixit vniuersalem enim tc. Et secundum hoc proportio calidi aut frigidi apud sensum est: sicut proportio paris et imparis apud intellectum. t similiter proportio additionis et diminutionis apud intellectum. Et cum declarauit q vniuersale est notius apud intellectum et particulare apud sensum dedit causam in hoc: t dixit: intelligere enim tc. id est et causa in hoc est: quoniam comprehensibile apud intellectum est vniuersale: t comprehensibile apud sensum est particulare.

Cōmēto. xlvi.

Buridanus.

¶ Deinde dixit: verbi gratia tc. id est verbi gratia quoniam magnum t paruum sunt magis vniuersalia q̄ rarum t densum: ideo attribuuntur magis intellectui et rarum et densum magis sensui: t hoc ita est: quia rarum t densuz comprehenduntur in corporibus sensibilibus naturalibus. Magnuz autem et paruum cō prehenduntur in corporibus naturalibus t mathematicis. hec ille. ¶ Preterea pro conclusione secunda principali secūdi capituli in Georgio quattuor adducuntur rationes. Quarum secunda t quarta quibusdam insufficientes vise sunt: quasi propositum nō attingentes. Cum enim vniuersaliter probandum fuisset: principia rei naturalis non esse infinita: hoc tantum verum esse de principijs ptrarijs assueuerant. veluti Buridani est testimonium: t contueri licet: preter que materialia principia contendi possent adhuc esse infinita. Anaragora Democritoq testantibus.

Obiectio.

Solutio

¶ Sed absit tanta ab Aristotele insufficientia: qui sepe sepius conclusis minus principalibus. patēter cōclusa supponit principalia in eisdem conclusa. Lū. n. non multo post dicturus esset: vni contrarietati subiectum correspondere propium: t econtra: quis non videt (nisi cecutiens) si principia cōtraria (que in duplo sunt plura) non dicantur infinita: neq materialia principia esse infinita. His igitur t illis finitis: euidentissime sequitur principia rei materialis infinita non esse: quod erat probandum. ¶ Ceterum iuxta rationem secundam dicit Buridanus. ¶ Sed contra dicta in hac ratione obijcitur. In qualitate sunt plures primee contrarietates: quia quattuor ponuntur primae qualitates: que faciunt duas contrarietates: ergo non est veruz: q in vnoquoq genere est vna prima cōtrarietas. ¶ Solutio: hic loquitur large de contrarietate: prout se extendit ad priuationem t habitum: et sic est contrarietas in predicamento substantie. Et est vna prima contrarietas in predicamento qualitatis. Prima dico fm communitatem rationis que attenditur inter hoc nomē qualitas: ei hoc nō priuatio qualitatis. ¶ Et si dicatur q illa nomina nō sunt principia. ¶ Dico: q verum est: tamen principia naturalia exprimuntur in scientia naturali: non secūdū infinitas rationes. nec secundum omnes rationes speciales contrariorum: sed per rationes communes penes habitum et priuationem. ¶ Postremo contra quartam rationem obijcitur: post dicetur. Priuatio non manet: ergo non oportet principia manere. Dicit posse sic solui: q illa propositio. Oportet principia manere: undefinita est quare non oportet eam veram esse de omnibus principijs. ¶ Deinde in tertia parte eiusdem capituli: contra probationem secunde partis maioris secunde rationis principalis: dicit Buridanus.

Buridanus.

¶ Sed hic dubitatur. cum forma sit in subiecto: t sub

iectum sit prius (vt dicit philosophus) quomodo ergo erit forma de primis principijs. ¶ Respondendum q materia t forma sunt sibijnuicem cause (vt dicetur in scdo huius) ideo sunt sibijnuicem priores: cum causa sit prior naturaliter causato: sed hoc est fm diuersos modos prioritatis: materia enim est prima via generationis: quia presupponitur necessario ipsi generationi: t forma est prima via perfectionis t actu alitatis: ideo vtraq est de primis principijs.

Cõmẽto.lij. ¶ Ad intellectum etiam rationis dicte facit cõmentatoris.lij. cõmento sic inquiens. Quia ratio coegit principia esse contraria induxit scõm sermonem contradicentem illi: vt contradictio istorum duorum sermonũ cogat nos ad ponendum aliquod tertium aliud a contrarijs: vt est proprium sermonibus disputatiuis: dicẽtibus scz quando illud quod accipitur simpliciter in vtroq terminatur fm partem veram: t iste sermo disputatiu9 est: q contraria non sunt substantia alicui9: contraria enim dicuntur in subiecto: substantia autẽ non dicitur in subiecto: ergo contraria non sunt substantie: sed principia debent esse substãtie: quia principium substantie est substantia: ergo contraria non sunt principia. sed ista consecutio non est recta cuz apparuerit q prima contraria sunt priuatio t forma.

¶ Deinde induxit scõam rationez istius generis: t est q contraria non sunt substantie: cum substantia non sit contraria substantie: t principia sunt substantie: quoniam principia substantie sunt substantie: t modus conuenientie inter has duas rationes est: quoniam cum posuerimus subiectum principiorum quod ẽ substantia: et q alterum contrariorum est priuatio: t q est hic subiectum illius priuationis t forme dissoluentur omnes questiones t verificabitur q principia sunt contraria. Et similiter etiam nihil phibet vt substantie sint contrarie fm formas non fm subiectum: et sic dicere q substantia non est contraria substantie est verum fm subiectum: t q substantia est contraria substantie fm formam est verum. Et hoc adiuuat Alexandrum cum dicit q in substantijs simplicibus potest esse contrarietas non in compositis. t Alexander intelligit hoc q Aristo. dicit in predicamentis: qui dicit q proprium est substantie non habere contrarium de substantijs compositis: non de simplicibus. Aristoteles enim dicit in libro de generatiõe: q corpora simplicia sunt contraria.

Cõmẽto.liij. ¶ Subdit commento.liij. Et propter hoc necesse ẽ vt opinatur q primus sermo dicens q principia sunt contraria: est verus fm partem: t q iste sermo dicens q principia non sunt contraria: est etiam verus scõm partem: t q isti duo sermones non sunt falsi simpliciter si ponat hic tertiam materiam: t est alteratio contrariorum inuicem: quoniam ponendo istam naturaz poterit soluere dubitationez accidentem ex istis duobus sermonibus oppositis. ¶ Deinde dixit sicut dixerunt ꝛc. id est sicut dixerunt quidam q omnia entia facta sunt ex eadem natura: t q substantie rerum diuersarum sunt in rei veritate ista natura vna ex quibus sunt facte. Quidam igitur opinantur q ista natura communis omnibus entibus est vnum quattuor elementorum: quidam autem ipsam esse medium inter contraria eorum. hec ille. ¶ Deinde quod habetur a Georgio in principio capituli tertij (Q prius determinandum est de generatione siue transmutatione secundum rationem communem q secundum rationem

Cõmẽto.lvij. specialem) Commentator exponit commento. lvij. dicens: tunc enim procedimus ꝛc. et in via doctrine: et quasi dicat: t intendimus considerare prius de rebus vniuersalibus communibus: quia ista doctrina est naturalis. Est enim doctrina cuius propositiones accepte in ea sunt maxime t sine medijs t cum hoc manifestiores: t nõ accidit in ea iteratio. t intendit per cõmunem generationem: generationem que fit in substantia t in omnibus predicamentis: t de substantia generationem communem quattuor corporibus scilz ignis: t aque: t aeris: t terre: t corporibus compositis: t vniuersalem generationem que est vnius ex vno: ista enim generatio est quattuor elementorum t compositorum: generatio autem que est vnius ex pluribus perscrutanda est in libro de generatione: t hoc intendebat cum dixit. ¶ Deinde considerabimus post de propriis id est de propriis existentibus in generatione vniuscuiusq generum generabilium: t hoc est in omnibus partibus istius scientie.

¶ De generatione autem corporum simplicium t compositorum loquitur in libro perigeneos: et in quarto metheorœum. t de propriis vnicuiq composito loquitur in libro de mineruis: t in libro de plantis: t in libro de animalibus: sed librum de mineruis non habemus: neq de plantis nisi duos tractatus. hec ille.

¶ Verum: quia translatio nostra communis dicit. Et enim scõm naturam communia prius dicere: t sic circa vnumquodq propria speculari: videbitur forte cuipiam repugnare illi quod in principio huius innuebatur vniuersalia scõm naturam esse posteriora.

¶ Sed nulla est aduersitas: q9 enim vniuersalia secundum naturam sunt posteriora: de illis tamen pri9 scõm naturam id est ordinem scientie naturalis dicendum est: quoniam in scientia naturali procedendum est ab vniuersalibus ad singularia: vt dictũ est in prologo. ¶ Deinceps circa primam conclusionem secunde ptis tertij capituli. Ponit hoc notabile Buridan9.

Buridanus. ¶ Notandum q sensus conclusionis debet esse q omni transmutationi necessario supponitur subiectum: sed ad rationem transmutationis exprimendam oportet illud subiectum intelligere secundum duplicem rationem. ¶ Primo quidem secundum rationem sibi cõuenientem ante generationem et post: quia manet: Et hec est ratio materie. ¶ Secundo oportet intelligere ipsum ante generationem carentem forma seu dispositione que sibi acquiritur: et hec est ratio priuationis que sibi non conuenit post generationem.

¶ Vult ergo dicere q generationi necessario presupponitur subiectum t priuatio forme: et ita sunt idem in numero id est eadem res: sed differũt ratione id est alia et alia est ratio per quam illa res dicitur subiectũ siue materia: t scõm quam dicitur priuatio seu priuatum forma: t sic attribuatur sibi manere secundũ vnã rationem: t non manere secundum aliam rationem.

¶ Ne tamen decipiamur in logica. Notandum est q debemus dicere q taz homo q musicus manebit quãdo factus erit musicus. sed manebit homo et non manebit immusicus. ¶ Unde immusicus erit quando ipse non erit immusicus propter hoc q predicatum appellat formam. hec ille.

Cõmẽto.lxiij. ¶ Paulo post circa modos fiendi in tertu Georgij magnam facit Commentator t pulcherrimam deductionem inquies commento. lxiij. Et apparet per inductionem: q generatio indiget necessario subiecto: nõ solummodo in naturalibus: sed et in artificialibus. Generatio enim aut est in qualitate: vt ydolum ex cupro: aut in quantitate vt augmentum et diminutio: aut scõm compositionem: vt domus ex lateribus t lapidibus: aut scõm transmutationem que est in ipsa substantia: t hoc intendebat cum dixit: et quedaz per

alterationem:vt illa que mutatur secundum materiam:id est quorum materia transmutatur:omnia ista videntur esse ex subiecto⁊ necessario est vt omne generatum sit ex subiecto⁊ in subiecto:⁊ verificat hoc inductione ⁊ he due transmutationes:scilicet que est in accidentibus rei: et que est in substantia conueniunt in hoc:quoniam sunt alteratio eiusdem rei de vna qualitate in aliam:⁊ de vna dispositiome in aliam:sed quia viderunt q̄ quando res transmutatur in quibusdam istis dispositionibus statim nomen ⁊ diffinitio ei⁹ trāsmutabuntur:⁊ in quibusdam non vocauerunt primū modum transmutationem in substantiam ⁊ alteratio nem substantialem:⁊ vocauerunt istas dispositiones substantiales. Secundum vero transmutationez in q̄ neq; nomen rei neq; eius diffinitio transmutatur:vocauerunt alterationem accidentalem. et cum considerauerunt illud quod defert vtramq; transmutationez inueniunt ipsum idem numero: et est corpus demonstratum. Videmus enim idem corp⁹ in eodez loco trāsferri de carneitate in terrestreitatem:⁊ de terrestreitate in vegetabilitatem:⁊ mutabitur nomen eius ⁊ diffinitio:et videmus etiam ipsum transferri de albedine in nigredinem:sed non amittit nomen et diffinitionem: et ex hoc scitur q̄ corpus quod est subiectum isti transmutationi permanet in nomine ⁊ diffinitione: ⁊ q̄ est eius dispositio substantialis qua fit vnuz numero:corpus autem cuius nomen ⁊ diffinitio mutantur p transmutationem dispositionum:non est vnum per dispositionem existentem in ipso dantem ei nomen et diffinitionem propriam. vnde necesse est vt istud subiectum sit vnum:quia non habet formam dantem nomē ⁊ diffinitionem vnam:⁊ est necesse etiam vt tres dimensiones que videntur inseparabiles ab ipso ō eodem numero que dicuntur corpus sint accidentia ⁊ vnum: q̄ subiectum eorum non habet nomen neq; diffinitionē vnam numero:non per subiectum habens formā substantialem:quoniam si essent de dispositionibus substantie non mutaretur nomen istius subiecti neq; ei⁹ diffinitio per mutationem alicuius dispositionis eius et esset tota transmutatio in accidentibus et cum ita sit:est igitur vnum subiectum numero non habens dispositionem substantialem:sed habens naturam recipiendi istas dispositiones substantiales. est igitur in potentia ens omnes dispositiones substantiales⁊ accidentales:et hec dicitur prima materia et primuz hyle. Etiam manifestum est q̄ ista materia non venudat̄ a corporeitate:quoniam tunc haberet dispositionem substantialem:⁊ haberet nomen et diffinitionem. ⁊ ex hoc patet q̄ qui ponit hanc materiaz esse corpus peccat:et similiter qui ponit illud quod defert dimensiones subiectum habens formam in actu vt existimat Auicenna:et hoc quidem verificato:dicamus q̄ generatio et corruptio aut est alteratio in substātia:aut cōgregatio et segregatio et quomodocunq; fuerit nō ens nisi ex aliquo:⁊ ideo antiqui conueniunt in hac positione:⁊ quia non intelligebant naturam illi⁹ subiecti:negauerunt quidam generationem et corruptionem:⁊ quidam posuerunt omnem transmutationem de genere alterationis. ⁊ quidam appropriauit generationem et corruptionem ⁊ congregationem ⁊ segregationem. ¶ autem individuum substantie: scilicet compositum ex materia ⁊ forma fit et trāsmutetur secundum totum de non esse in esse sine aliquo deferente transmutationem:impossibile est omnino: nisi non esse individui compositi mutaretur in esse individui substantie compositi: ⁊ morari in hoc est superfluum. Et quia corpus celeste caret potentia ad aliquam dispositionem nisi potentia generata:ideo istud subiectum caret potentijs: et quia caret hoc subiecto: ideo caret forma que sustentatur per hoc subiectum:⁊ fuit necesse vt forma eius esset liberata ab hoc subiecto:⁊ vt non haberet constitutionem per corpus celeste: ꝫ corpus celeste constituitur per illam vt scies alibi. Hec ille. ¶ Finaliter circa quartam conclusionem eiusdem partis in Georgio que dicit priuationem esse principium per accidens rei naturalis notat Buridanus dicens. ¶ Notandum q̄ cum dicimus aliqua esse principia per se rei naturalis. hoc potest intelligi dupliciter. ¶ Uno modo q̄ perfectas attendatur ex intrinseca et reali constitutione rei naturalis ex illis principiis:et sic rei naturalis principia per se non sūt nisi materia et forma. quia priuatio realiter non distinguitur contra materiam:nec materia quando iam res est facta amplius dicitur priuatio vel priuata:nisi sit in respectu alterius generandi. ¶ Alio modo potest intelligi q̄ perfectas attendatur ex inclusione rationum illorum principiorum in ratione principiati: ⁊ sic tam materia q̄ forma ⁊ priuatio dicuntur principia per se trāsmutationis:quia non potest exprimi ratio generationis nisi exprimendo q̄ aliquid est cum ante non esset vel erat:et per hoc q̄ tu dicis cuz ante non esset:tu exprimis precedentem carentiaz forme aduenientis:et hoc vocatur priuatio:sed in ratione rei naturalis que facta est non oportet exprimere priuationem: quoniam ille ignis non minus esset ignis si nunq̄ precessisset priuatio:aut q̄ semper fuisset ignis:⁊ ideo priuatio ad rem que facta est comparatur modo accidentali:licet non ea ratione qua est aliquid:sed ea ratiōe q̄ non semper fuit. Hec ille. Buridanus.

Queritur. Utrum principia rerum naturalium sunt contraria. ¶ Et arguitur q̄ non:quia principia rerum naturalium sunt priuatiue opposita: ergo non sunt contrarie opposita. Antecedens patet: quia priuatio priuatiue opponitur forme. ¶ Secundo sic. principia rerum naturalium sunt substantie: ergo non sūt contrarie. Antecedens patet:quia principia reruz naturalium sunt materia et forma que sunt substantie. ¶ Tertio sic. contraria sunt actiua et passiua adinuicem:sed principia rerum naturalium non sunt actiua et passiua adinuicem:ergo principia rerum naturalium non sunt contraria. ¶ Quarto sic. cōtraria sub eodem genere posita sunt:ergo ipsa non sunt principia saltem prima: cum genus sit prius ipsis:et per consequens si principia rerum naturalium essent contraria non essent principia. ¶ Quinto sic. omne illud qō est principium intrinsecum rei naturalis est materia vel forma:sed nullum illorum alteri contrariatur: ergo nulla principia rei naturalis contrariantur.

In oppositum est philosophus in textu ostendens principia rerum naturalium esse contraria. Pro solutione questionis.

Sciendum q̄ res naturalis dicitur tripliciter. Uno modo aliquid dicitur res naturalis: quia est res in rerum natura existens.

Secundom̃ quia est natura: & istom̃ capiendo rẽ naturalem nulla sunt principia intrinseca rei naturalis. Aliomodo aliquid dicitur res naturalis: q̃ est res cõposita ex naturis: & isto modo res naturalis hz principia intrinseca. Unde principia intrinseca sunt principia intrinseca essentialiter & quiditatiue cõcurrentia ad aliquod tertium. s. ad totum compositum quorũ tñ neutra est pars alterius. Uel principia intrinseca sũt partes naturales rem naturalem constituentes. Duplicia tamen sunt principia rerum naturalium. Quedam sunt principia essendi: ex quibus res realiter constituuntur. Et de illis intelligũtur ꝺ scriptiones iã date. Alia sunt principia cognoscendi siue notificandi: & ista sunt duplicia. quedam sunt ꝓbatiua et ostensiua sicut sunt propositiones que assumuntur ad probandum aliquas conclusiones. Et de istis principijs non fit mentio in titulo questionis. Alia sunt principia diffinitiua: & sunt termini ingredientes diffinitiões terminorum transmutationes naturales significantiũ & de istis est hic sermo. Unde secundum q̃ dupliciter capitur principium in proposito. secundum hoc dupliciter sumitur contrarietas. Uno modo primo intentionaliter: et hoc dupliciter. Unomodo communissime: & sic contrarietas capitur pro omnibus rebus a quibus possunt sumi denominationes incompossibiles respectu eiusdem: & sic materia & forma ad transmutationem naturalez concurrentes dicerentur contraria: quia ante transmutationem materia denominatur non informata tali forma. Et post transmutationem denominatur informata tali forma. modo iste denominationes sunt incompossibiles. Et isto modo forma abijcienda et forma introducenda dicerentur contrarie. Similiter ipsamet forma introducenda diceretur cõtrariari sibi ipsi: quia ab ipsa ante transmutationem materia denominatur priuata tali forma: & post trãsmutationem denominatur informata tali forma. Et iste denominationes sunt sibi inuicez incompossibiles respectu eiusdem subiecti. Aliomodo capitur proprie, p repugnantia duarum qualitatum gradualiter distantium: non potentium simul & semel conuenire eidem: sed bene successiue. & istomodo non capitur in proposito sed primomodo. Alio modo capitur contrarietas secundo intentionaliter et hoc dupliciter. Unomodo communissime pro omni repugnantia dicibilium non potentium simul et semel eidem subiecto singulari singulariter & vniuoce tento conuenire: mediante ꝺ verbo est non modificato & sumpto cum hoc addito ĩ qualibet parte temporis presentis: sed bene successiue, propter transmutationem naturalem: & isto modo etiam potest capi in proposito. Alio modo capitur proprie, p repugnantia terminorum formas gradualiter contrarias importantium: non potentium simul et semel cõuenire eidem sed bene successiue: & illo mõ nõ capitur in proposito. Istis notatis sit.

Conclusio responsiua. Principia rei naturalis quo ad fieri ĩ concurrentia sunt contraria. Quã conclusionem satis probauit philosophus in textu dupliciter tamen potest intelligi. Unomodo realiter. Aliomodo logicaliter. Realiter sic q̃ principia intrinseca ex quibus res naturales sunt & constituuntur sunt contraria contrarietate communissime dicta: & non prope dicta. et iste sensus est verus: quia in qualibet trãsmutatione naturali a principijs illius transmutatõis sumuntur denominationes incompossibiles: cum subiectum transmutationis ante, transmutationem denominetur esse non informatũ tali forma: & post trãsmutationem denominetur esse informatum tali forma. Iste autem denominatiões sumuntur a materia & forma vel a forma tantum secundum q̃ ad fieri concurrunt quia quando sunt principia rei in facto esse tunc a forma solum vel a materia simul non sumuntur tales denominationes incompossibiles. Alio modo potest intelligi logicaliter sic q̃ principia intrinseca diffinitiua terminorum transmutationes naturales significantium sunt contraria contrarietate communissime dicta: & iste sensus etiam est verus: vt pz per diffinitiones terminorum transmutationes naturales, significantium. Nam generatio est progressio de non esse ad esse. Et corruptio est progressio de esse ad non esse: modo isti termini. s. esse & nõ esse cõtrariant̃ q̃ tanta contrarietate cõmunissime dicta.

Dubitatur primo. Utrum transmutationis naturalis principia intrinseca sint contraria. Ad dubium dicitur q̃ ille terminus trãsmutatio capitur dupliciter. Uno modo actiue: & sic transmutatio est res transmutans. Et isto modo non capitur in proposito. Alio modo capitur passiue: & sic est res transmutata: vel res que transmutatur. Et hoc modo capitur tripliciter. Uno modo pro subiecto transmutatiõis: cuiusmodi est materia prima: que solet vocari transmutatõ subiectiua. Alio modo capitur pro termino talis trãsmutationis: siue pro illo quod per talem transmutationem acquiritur: cuiusmodi est forma que solet vocari transmutatio terminatiua. Alio modo capitur, p toto composito quod transmutatur: siue per transmutationem producitur quod solet vocari transmutatio totalitatiua. Et secundum istam triplicem acceptionem aliquid dicitur tripliciter transmutari. Unomodo subiectiue: et est illud quod efficitur subiectum alicui9 forme: cuius prius non erat subiectuz: et sic materia trãsmutatur. Alio modo aliquid dicitur transmutari terminatiue: et est illud quod secundum se & quodlibet sui producitur de non esse ad esse: et hoc modo forma transmutatur. Alio modo aliquid dicitur transmutari totalitatiue siue completiue: et est illud quod realiter constituitur siue resultat ex eo quod transmutat̃ subiectiue: et ex eo quod transmutatur terminatiue. & sic totum compositum dicitur transmutari capiendo hoc modo illum terminum transmutatio. Unde capiẽdo illum terminum transmutatio primo modo vel secundo modo: non habet aliqua principia intrinseca contraria: que sunt principia essendi vel fiendi illius rei q̃ dicitur transmutatio: sed tertiomodo capiendo illum terminum transmutatio: tunc transmutationis sunt principia intrinseca contraria: sicut principia rem naturalem principiantia: & hoc quo ad fieri concurrentia quocunq; tamen modo capiatur transmutatio principia cognitiua siue diffinitiua sunt contraria cõtrarietate communissime dicta.

Dubitatur secundo. Utrum tantum sint tria principia rei naturalis. Et videtur q̃ non: quia infinita sunt principia rei naturalis: ergo non sunt tantum tria. antecedens patet: quia infinite sunt partes materie quarum quelibet est principium: ergo plura sunt principia q̃ tria. ¶ Secundo sic. quattuor sunt cause rei naturalis: ergo quattuor sunt principia rei naturalis: cum quelibet causa sit principium: et per ꝓns non tñ sunt tria pricipia. ¶ Tercio sic. nõ est vnũ principiuz

rei naturalis:ergo non sunt tria principia rei natural' Añs pz auctozitate p.in fine pmi capituli secūdi tractatus dicētis q impossibile ē vnū eē principiū rei naturalis. ¶ Quarto sic.solū illa sunt principia rei naturalis q sufficiunt ad esse rei naturalis:sz illa sunt duo et nō plura:ergo nō sunt tm tria principia rei natural' Minoz pz:qz materia t forma substantialis sufficiūt tanq̄ principia intrinseca ad esse rei naturalis: et illa sunt solū duo:igit̄. ¶ Quinto sic.materia nō est principium rei naturalis:ergo nō sūt tria principia rei naturalis. Antecedens patet:quia materia non est causa rei naturalis:ergo nec principium rei naturalis. Añs patet:quia materia non agit rem naturalem: ergo non causat rē naturalē:cum ipsa nulli⁹ sit actiuita tis. ¶ Sexto sic.forma non est principium rei natural' igitur non sunt tria principia rei naturalis. Añs pz: quia omne principium est prius principiato: sed forma non est prioz composito:ergo non est principiuz eius. Minoz patet:quia que simul incipiunt t desinunt esse sic se habent q vnum non est prius alio: sed sic est ꝺ forma pure naturalis t de toto cōposito ergo forma nō est prioz compositō. ¶ In oppositum est p. ponens tria esse principia rerum naturaliū. Pro solutione dubitationis est aduertendū:q hic est sermo de principijs intrinsecis t essentialibus t nō extrinsecis:cuiusmodi sunt efficiēs t finis:nec etiaz ē sermo de principijs accidentalibus cuiusmodi sūt qualitates p̄me Unde principia intrinseca essentialia sūt duplicia: q̄dam sunt totalia:t quedā ptialia.de partialibus vero non est hic ad ꝓpositū:cum infinita sint talia vt bene ꝓbat primū argumentum añ oppositū: sed est hic sermo de p̄ncipijs totalibus. ¶ Isto notato dicit̄ ad dubium q ista ꝓpō tantū sunt tria principia rei natural' hz duos sensus. Unus sensus est iste.tm sūt tres res reales que sunt principia intrinseca totalia essentialiter et specifice distincta:t iste sensus est falsus : qz solum sunt duo principia intrīseca totalia essentialiter t specifice distincta:vt ipsa materia t ipsa forma substātialis. Pz:qz illa duo sufficiūt ad eē rei naturalis:ergo si sunt ponenda plura principia essentialia totalia inter se specifice distincta. Alio mō capit̄ in sensu ip̄opō:et tunc sensus est iste.tm sunt tres termi nō coincidētes in significando fm suas rōnes formales illas res que sunt p̄ncipia essentiali intrinseca totalia inter se specifice distincta significantes. Et iste sensus est verus: et hunc intēdebat ari. qñ dicebat q materia t p̄uatio sunt vnum numero:dīntia tm specie. per hoc satis innuens q due diuerse rōnes vni t eidē rei q̄ realiter est ipsa materia cōuenientes:quaz rationū vna illi rei q̄ē materia ante transmutationē in transmutatiōe et p⁹ transmutationē cōuenit vtpote ratio materie. Sz alia ratio.s.ratio p̄uationis talis forme introducēde añ trāsmutationē illi rei q̄ est materia conuenit ita q̄ verum ē dicere.hec res demonstrando materiam est priuata tali forma introducenda.t post transmutationē t acquisitionem eiusdem forme talis ratio non conuenit ipsi materie:cum non sit verum dicere.s. q hec res scilicet materia et priuata tali forma que iam est introducta et prius erat introducenda. Et preter has duas rationes est tertia.s.ratio forme. ¶ Et ad primam rationez dubij patet solutio ex dictis. ¶ Ad secundam dicit̄ q hic est solum sermo de principijs intrinsecis. ¶ Ad tertiam dī q auctozitas p.debet sic intelligi q impossibile est sic esse vnū principiū rei naturalis:sicut posuerit parmenides t melissus. ¶ Ad quartā dicitur concedēdo totū argumentuz:accipiēdo consequēs in sensu p̄prio:sed si capiatur in sensu ip̄oprio: tunc negat̄ ꝓña ¶ Ad quintā dicitur negando añs. Et ad ꝓbationem dicitur negando antecedens. Et ad illius ꝓbationem concesso antecedente negatur consequētia:quia causare subiectiue sicut materia causat non est inferi⁹ ad agere:sed dispate se habet cum agere:et magis se habet vt inferius ad pati. ¶ Ad sextam dicitur negando antecedēs:t ad probationem eius dicitur q licet forma non sit prior toto ꝓposito tpe est tm p̄or eo natura.

Ad rationes principales questionis dicitur q concludunt de contrarietate proprie dicta: sed non de contrarietate cōissime dicta.

Queritur vtrum omne quod fit fiat ex subiecto presuppositō. Et arguitur primo q non:quia aliq̄d fit naturaliter ex nihilo:ergo nō omne quod fit:fit ex subiecto presuppositō.antecedens patet : quia aliter in causis rerum naturaliuz esset processus in infinitū. consequens est falsū t impossibile:ergo t illud ex quo sequitur.maior patet:quia si res naturalis est facta ipsa est facta ex aliquo vel ex nihilo. Si ex nihilo habeē intentum. Si ex aliquo tunc de illo quentur vtrum illud sit factum ex aliquo vel ex nihilo.si ex aliquo iterum quentur de illo:et sic infinitum.si ex nihilo habetur intentum. ¶ Secundo sic.forma fit naturaliter:et tamen non fit ex subiecto presuppositō: ergo non omne quod fit fit ex subiecto presuppposito. antecedens patet quo ad secundam partem:quia non fit ex materia cum ex non ente nihil fiat t ipsa materia prima est non ens vt dicit p.primo hui⁹:nec etiam fit ex aliquo alio vt satis manifestum est. ¶ Tertio sic.totum compositum fit naturaliter t tamen non fit ex subiecto p̄suppositō:igitur. Minoz patz: quia si fieret ex aliquo maxime esset ex materia:sed hoc non ex quo materia non sufficit ad generationem cōpositi.

In oppositum est p. in tertio capitulo tertij tractatus dicens q in transmutatione oportet aliq̄d subijci. Pro solutione questionis.

Aduertendū est tñ vlteri9:q9 nullū agens totale agit a casu ⁊ fortuna:nec est ꝓmgēs ad vtrūlz respectu alicui9 effect9. Pz:qz qlz agens totale est plia cā vel plures cāe.quaꝝ vna est plia cā.lz prima cā non agit a casu vel a fortuna: nec se hz ad vtrūlibz ad effectū ꝓducēdum:igr. Sz agens partiale ⁊ pticulare bene agit a casu vel a fortuna respectu effect9 fortuiti vel casualis:⁊ bene se hz ad vtrūlz ad effectū ꝓducēdum: sic q9 nō magis intēdat effectū q9 oppositū suū. ¶ Sz q reret aliqs: an ne effect9 euenies in ludo taxilloz est effectus fortuit9. Ad hoc vr q9 lucrū non est effect9 fortuitus:qz lucrū intēditur:lz dānuz vr effect9 fortuitus Si tñ effect9 vr fortuit9:qz fit sine cognitiōe ꝓuia agentis:ita q9 ipm agens nō cognouit effectū: sic nō est effectus fortuit9: cū taxillator dānuz ꝓcognoscebat cū sciat q9 pdet vel lucabit. Sz si dicat effectus fortuit9 qui nō intēditur ab agēte: ita q9 agens nō agit ꝓpter ipm lz ipm ꝓcognoscat.tūc dānum vr effect9 fortuit9 respectu taxillatoris: qz dānum non intenditur a taxillatore. ¶ Simuliter q̄reret aliqs. Si aliqs saltet vcorsum cuz intentiōe:⁊ cadat in ignez se nesciēte: an talis casus in ignem sit effect9 fortuit9. Dicitur q9 lz talis mot9 nō sit effectus fortuit9 cū homo intēdat illū motum: tñ talis casus in ignem est effect9 fortuit9. ¶ Alteri9 q̄reret aliquis quō intelligit auctoritas illa phi. in libzo de bona fortuna. Ubi est minoz intellect9 ibi est maioz fortuna. Dr q9 sic q9 ꝯto cā q̄ fortuna vr min9 intēdat effectū eius tāto ille effect9 vr magis fortuit9.

Ad rōnes q̄stionis. ¶ Ad primā vr negādo añs. Et ad pbatiōem eius vr: q9 p. nō voluit dicere q9 fortuna nō sit nobis nota vel manifesta:lz voluit dicere q9 nō sit notū vel manifestum qui effect9 fortuitus ꝓduceret a tali cā. ¶ Ad scdam vr negādo añs. Et ad pbatiōem eius vr negādo q9 significat vnū ⁊ idem:qz peraccidēs sumit hic pro cā nō intendēte effectū ¶ Ad tertiam vr distinguendo añs. qz hec dictio perse capit dupliciter. Unomō scde intentionaliter:vt est passio ꝓpositiōis:⁊ peraccidēs opposito modo:⁊ sic cōceditur añs ⁊ pña.lz illo modo nō capit peraccidēs in ꝓposito. Alio modo capit perse prime intentionaliter. Et hoc dupliciter. Unomō sincathegoreumatice:⁊ ex opposito paccidēs:⁊ sic nō capiūtur in ꝓposito. Aliomō accipitur perse vt tñ valet sicut intēdens effectū: ⁊ paccidens sicut nō intēdens effectuz:⁊ sic negat añs. ¶ Ad quartam vr distinguēdo pñs. vel capiēdo perse vt est passio ꝓpōnis:⁊ sic concedit pña: vel capiendo p se vt tñ valet sicut intendēs suū effectū: ⁊ sic negatur pña. ¶ Ad quintā vr negando añs. Et ad pbatōem eius vr q9 lz fortuna non intēdat effectū fortuituz nec agat fm ꝓpositum respectu illius:tñ bene intēdit effectū nō fortuitum ⁊ agit fm ꝓpositum ꝓpter ipm. ¶ Ad sextam vr distinguēdo añs: qz dupliciter aliqs effectus vr effectus ꝓpter hoc. Unomodo qz est effect9 ꝓpter quez intentum agēs agit: ⁊ sic ꝯcedit añs. Aliomodo qz est notabilis vtilitatis vel dānī: ⁊ sic negatur añs. ¶ Ad septimam vr negando añs. Et ad pbationem eius vr negando pñam. ¶ Ad octauam vr: q9 lz illud quod fit a fortuna intēdatur ab aliqua eius causa: tamen ab illa causa que fortuna vr non intenditur:nec illa est determinata ad illum effectū ꝓducendum: licz bene ab aliis causis intēdatur:que sunt determinate ad illum effectum ꝓducēdum: ⁊ sic pz q9 minoz est falsa. ¶ Ad nonam vr distinguēdo antecedēs: vel capiēdo perse pro perse ꝓpōnis: ⁊ sic concedit añs: vel vt tñ valz sicut agens ex intentione siue intendēs effectum: ⁊ sic negatur antecedēs. ¶ Ad decimam dicitur cōcedēdo q9 omne quod est ⁊ non est causa est vere causatum: ⁊ habet deterīatam cām vniuersalem. Et vlteri9 negat pña: scz q9 nihil fit a casu ⁊ fortuna:qz vn9 ⁊ idem effect9 respectu vni9 cause vr effectus fortuit9: ⁊ respectu alterius nō fortuitus: quilz em effectus mūdi respectu ꝓxie cause est effectus itent9 aliquis tñ effect9 respectu cāe particularis nō est intentus: ⁊ aliquis effectus respectu vnius cause particularis est intentus ⁊ respectu alterius non.

¶ Quint9 tractat9 in quo oñditur phisicū per oē gen9 cause demōstrare.

Lonclusio.j.

Dcognoscēdaz phisici cōsideratio a nez ponunt aliq̄ ꝓclones ¶ Pria ē quatuoz sunt gña cāz:sicut dictuz ē scz materia:forma:finis:⁊ efficiēs. Pz:qz p qō lz illoz pōt respōderi ad q̄stionem factā per ꝓpter q̄d: vt si querat ꝓpter quid linea est recta vel curua.rīdetur p cām formalez qz ē longitudo sine latitudine ⁊ pfunditate. Et si querat ꝓpter q̄d isti certant.rīdet per cām efficiētem:qz sunt furati. Et per causaz finalē vt dominētur. Et si querat ꝓpter q̄d hoc est corruptibile .respondet : qz est bñs materiaz ¶ Scda conclusio.lz causa efficiens formalis ⁊ finalis in idē coincidant: nō tamē coincidit causa efficiēs cuz materiali. Pz. quia forma substātialis ē causa formalis :et causa efficiens et cā finalis respectu dispositionū materie. ¶ Tertia cōclusio: lz phisicus habeat cōsiderare mouētia mota: nō tamē habet cōsiderare mouētia nō mobilia:que nō habēt in se principiū motus . Ex quo pz q9 triplex est studiū phīe. Nz quedā phīa ē cōsiderans mobile ⁊ incorruptibile: sicut ē astrologia. Alia vero cōsiderat mobile corruptibile. idest terminos cōnotantes materiaz ⁊ mutationez:sicut est phīsica Alia vero que cōsiderat res immobiles et incorruptibiles : sicut est metbaphīsica.

Lonclusio.ij.

¶ Efficiēs forma ⁊ finis in idē coincidūt

Lōclusio.iij.

Nota triplex studiū phīe

Lōclusio.iiij.

¶ Quarta conclusio. phīsici est considerare quatuor genera causarum: ⁊ per ipsa demonstrare. Probatur sic: quia phīsici est considerare generationes ⁊ corruptiones rerum naturalium Sz in talibus oportet cōsiderare illud qō fit post aliud:puta formaz: et illud quod facit illud:puta efficiēs ⁊ illud quod suscipit:puta materiam:igitur phīsici est considerare quatuor causas . Et inter efficientia quoddam est immobile et nō phīsicum:aliud est mobile ⁊ phīsicum ¶ Quinta ꝓclo.:phīsici ē ꝓsiderare cāz finalē pbaf sic. Tuz pzio:qz phīsici ē ꝓsidrare de forma:

Lonclusio.v.

sed forma ⁊ finis coincidunt: igitur phisici est considerare de fine. Tum secundo: quia natura agit ppter finem: igitur phisici est de fine considerare. ¶ Sexta conclusio. Phisicus hz demõstare p quatuor genera cãz. Pz: qz tales cause sufficiẽter respõdentur ad q̃stionem factaz per ppter q̃d de effectu: ⁊ talis effect⁹ ad eas sequitur semp vel vt in pluribus: igitur phisicus habet p illa genera causarum demonstrare.

Conclusio. vj.

¶ Sexti tractatus primũ capitulũ q̃ natura agit ppter finem.

Opinio antiquorum.

Is dictis: dicẽdum est quõ natura agit ppter finem. ¶ Sup quo dixerũt antiqui naturã non agere ppter finem: sz oẽm necessitatem in naturalib⁹ ex pte materie puenire. Quod pbãt duab⁹ rõmbus. Prima est: qz pluuia nõ descẽdit deorsum: vt frumẽta destruãtur aut augmẽtantur: sz rõne dispositionis eius. Scda rõ est: qz dentes anteriores sunt acuti ⁊ apti ad comedendũ: ⁊ boc ex necessitate ⁊ nõ ppter finem: igitur natura nõ agit ppter finez: sz qz calidũ natum est miscerι cũ frigido: ⁊ humiduz cũ ficco: q̃ se tenẽt ex pte materie: ex qua necesse est fieri generabilia ⁊ corruptibilia. Et ideo Empedocles qui posuit litez ⁊ concordiã esse principia: ⁊ Anaxagoras q̃ posuit intellectũ dixerunt naturã non agere propter finem: sz oĩa puenire ex necessitate materie: vt q̃ nascantur bouigene vel viripere.

Opio phi.

¶ Sed ptra istos antiquos ponit talis cõclusio. Natura agit ppter finem. Probatur quinq̃ rõmbus. Pria est quecũq̃ non fiunt ppter finem: fiunt a casu vel a fortuna. Sed ea que fiunt a natura nõ fiunt a casu vel fortuna: cũ talia fiãt semp vel frequẽter: igitur que fiunt a natura fiũt ppter aliud: ⁊ per cõsequens natura agit ppter finem. Scda rõ est: illud agit ppter finẽ quod eodẽmodo sp pducit vel vt in plurib⁹ ipm finem: sz natura est huiusmodi. Nam si domus fieret a natura: sic fieret sicut nunc fit ab arte ordinando priora ante posteriora: igit̃ natura agit ppter finem. Tertia ratio: quia ars que imitatur naturam ⁊ perficit opera nature agit ppter finem. igitur etiam natura agit propter finem. Quarta ratio: quia animalia que neq̃ arte: neq̃ consideratione neq̃ deliberatiua operantur; et similiter plante; agunt propter finem: vt patet de aranets et formicis: que ita ordinate operantur: vt credãt aliqui eas intellectũ habere. Et similiter de plãtis: fiunt enim in eis folia: sed folia agunt per modum nature: igitur natura agit ppter finem. Quinta ratio: natura agit ppter formam que est finis ⁊ quid vltimuz: igitur agit ppter finem. ¶ Neq̃ valz p̃mo dicere: q̃ si natura ageret ppter finem: ipa nunq̃ pduceret monstrum: cum monstrũ nõ habeat rõnem finis. Tum p̃mo: quia in arte que agit ppter finem multa contingunt monstra. Scribit enim non recte grãmatic⁹ ⁊ potat medicus nõ recta potiõe: igitur mõstra non impediunt naturam agere ppter finem. Tum secundo: quia in naturalibus est determinatus ordo mediorum. Nam oportet primo in animalibus semen prius dispoi anteq̃ fiant animalia: ⁊ similiter in plantis: igitur est ibi aliquis finis mediorz. Tuz tertio. nam licet in illis plãtis sint vitigene ⁊ obliuigene: sicut in animalibus sunt bouigene ⁊ viripere: boc tñ non impedit naturã. Tum quarto: nã nisi natura ageret ppter finem: tũc ex quolibz semine possz q̃libz mixtum gñari: quod est impossibile. ¶ Nec valz secundo dicere: q̃ omnis necessitas puenit ex parte materie: ⁊ non ex parte finis. Tuz primo: quia illa dicuntur fieri a natura: que incipiunt ab aliquo principio ⁊ ad aliquem finem terminãtur: igitur natura agit ppter finem. Tum secundo: quia finis semper ⁊ frequẽter sequitur ex actiõe materie. Et in boc differt ab effectu fortuito: ergo signum est q̃ natura agit ppter finẽ. ¶ Nec valz dicere tertio: q̃ natura non agit ppter finem: quia non deliberat de fine. ¶ Tum primo: quia ars que agit ppter finem non semper deliberat de fine. ¶ Tum iecũdo: quia ars que agit propter finem: eodemmodo operatur ac si esset natura: vt nauifactiua eodem modo opatur ac si esz natura in ligno: igit̃ natura agit propter finez. Tum tertio: quia natura cooperatur arti ad consequẽdum finem: vt patet in medicina: igitur cum ars agat propter finem: sequitur q̃ etiam natura agit propter finem.

Motiuũ primũ antiquoꝝ

Confutatio eiusdem.

Motiuũ. ij.

Confutatio.

Motiuũ tertium.

Confutatio

¶ Ars imitat naturã ⁊ pficit opa eiusdẽ ¶ Rõ inducti ua pulcherrima.

¶ Secundum capitulum: in quo ostẽditur necessitatez ex parte materie: in naturalib⁹ non pouenire

Hinc dicendum est an necessitas in naturalib⁹ sit necessitas ex suppositione siue ex parte finis: an necessitas simpliciter siue ex parte materie. ¶ Super quo diterunt antiqui q tota necessitas in generatione rerum naturalium est ex parte materie. Nam si fiat domus oportet grauia ponere deorsum: vt lapides: et leuia supereminere: vt terrā ⁊ ligna que sunt leuissima. ¶ Sed contra banc opinionem ponitur talis conclusio: q licet naturalia vel artificialia non possint fieri sine materia: tamen non fiunt propter illam: neq; conuenienter respondentur ad questionem factam per quid. Nam licet domus nō possit fieri sine lignis et lapidibus: neq; serra sine ferro: non tamē hec fit propter ligna et lapides: sed ad protegendum nos. Neq; etiam illa serra habet dētes quia est serrea: sed vt per ipsam possint corpora dura diuidi. Probatur hec conclusio sic: quia sicut se habent principia in speculabilibus ad conclusiones: ita in agibilibus finis ad media in ipsum ordinata. Et enim necessariuz ⁊ in doctrinis et in his que secundum naturam fiunt quodāmodo similiter. Sed in speculabilibus necessitas cōclusionis prouenit ex necessitate principiorum. Quia enim triangulus est figura plana ⁊ cetera ideo bz tres igitur etiaz in naturalibus necessitas materie prouenit ex parte finis: vt si lapides et lateres sic disponantur ad faciendaz domū et necessario ad hoc respondeantur: sicut respondetur triangulum habere tres ad hoc q sit figura: non tamē hoc fit propter lignū ⁊ lapides: sed ad protegendum nos a ventis ⁊ imbrib⁹. ¶ Ex predictis inferuntur duo corelaria. Primum est q phificus habet considerare tam finem q̄ materiam: licet per finem magis habeat demonstrare q̄ per materiam: quia finis est principalioz causa. ¶ Secundū corelarium ex quo causa materialis est propter formam et finem: ideo diffinitio phificalis principaliter debet sumi a forma ⁊ fine: et potest ista sumi ad demonstrandum diffinitionem materialem. Et hec de secundo libro phificoz̄ Aristotelis.

Opio ātiquoꝝ

Concło p.

Sicut se hñt principia in speculabilib⁹ ita finis i agibilibus.

Primuz corelarium

Corelariū. ij. Diffinitio materiale demōſt per formalem

Que autem sunt cause. ¶ Iste est quintus tractatus huius libri: in quo philosophus ostendit q ad naturalez philosophū spectat determinare de quatuoz generibus causarum: ⁊ per eas demonstrare. Et continet iste tractatus solum vnum capitulum continens tres partes. In prima ostēdit q quatuoz sunt genera causarum: scilicet materia forma efficiens ⁊ finis In secunda ostendit q ad naturalez pertinet de huiusmodi generibus causarum determinare: ibi. Quoniā autem quatuoz sunt cause. In tertia ostendit quomodo sit demonstrandum per illas causas: ibi. Et penit⁹ reddēdum. Ponit ergo primo talem conclusionē: quatuoz sunt genera causarum scz materia: forma: efficiēs ⁊ finis. Probat sic p. quia ille sunt cause reruz naturalium: per quas respondetur ad questionem factaz per propter quid de rebus naturalibus: sed ista quatuoz scz materia: forma: finis: ⁊ efficiēs sunt huiusmodi: igitur sunt cause rerum naturalium. Minoreꝝ probat sic p. exemplariter: vt si queratur propter quid linea ē recta vel curua. Respondetur per causam formalem: q̄ est longitudo sine latitudine ⁊ profunditate cuius extrema sunt duo puncta. Unde in propposito hoc cōplexum forma siue causa formalis capitur largissime. Similiter si queratur ꝓpter quid isti certant. Respondetur per causam efficientem q̄ furati sunt. Et p causam finalem: vt dominentur. Similiter si queratur ꝓpter quid hoc corpus est corruptibile. Respondetur p causam materialem quia habet materiam priuationi admixtam: siue habet materiam aliqua forma ꝑuatam.

Concło p.

Concło. ij.

Quoniam autem cause quat. ¶ Hec est secunda pars huius tractatus: in qua p. ponit scōam cōclusionem que talis est: q̄ ad phificum ptinet quatuoz genera causarum cognoscere ⁊ per illa demonstrare.

Forma ⁊ finis coincidūt ī vnū numero. Efficiēs ⁊o cū eis in idē spē.

T. Ueniunt. ¶ Hic p. ꝓbat suam conclusionē ponēs ꝓuenientiam inter aliquas causas dicēs: q̄ multotiēs tres cause coincidunt in vnum: hoc est tria diuersa genera causarum ꝓ vna ⁊ eadem re supponunt: vt forma ⁊ finis (loquendo de fine generationis) Est enim vna ⁊ eadez res que dicitur causa formalis respectu totius compositi: ⁊ dicitur causa finalis respectu dispositionū materialiuz: que in materia causantur vt forma substantialis in ea ꝓducatur: ⁊ post ꝓductionem conseruetur. Similiter causa efficiens est aliqñ eadem in specie cum forma ⁊ fine generationis: vt qñ homo hominem generat: tunc forma hominis geniti ⁊ finis dispositionum materialium sunt vna ⁊ eadem res in numero: ⁊ illa forma est eiusdem spēi cum forma generātis. ¶ Similiter efficiens forma ⁊ finis coincidūt ⁊ idē numero. Nam forma substantialis que est finis generatiōnis est causa dispositionū in materia existentiū: et est causa formalis totius cōpositi: ⁊ causa efficiens respectu aliquoꝝ que ab ea causanē. Et hz de eodē fit vex dicere: q̄ sit causa efficiēs: causa formalis: et cā finalis hoc tñ non est respectu eiusdē sed respectu diuersoruz. ¶ Sed causa materialis ex qua (ꝓprie loquēdo de cā materiali q̄ est ps essentialis totius ꝓpositi) nunq̄ coincidit cum efficiente: cum illa res q̄ dr materia ex qua nullius sit actiuitatis: ideo non causa efficiens alicui⁹ Nec coincidit etiam cū cā formali. Sz cā materialis in qua: cā formalis: ⁊ efficiens bñ coincidūt: sicut aīa rōnalis dr cā materialis in qua ☧tutū ⁊ scientiaꝝ: ⁊ causa formalis hoīs: ⁊ causa efficiens opationū eius. Similiter causa materialis in qua: que est totum compositum: ⁊ causa efficiens bene coincidunt: vt aqua que dicitur causa materialis in qua frigiditatis in ea existentis est causa effectiua frigiditatis in alio. Text⁹ Et tenetur phificus. ¶ Hic philosophus distinguit da

plicia mouentia dicens. Quedā sunt mouentia mota: et de illis phisicus habet cōsiderare. Alia sunt mouentia non mota: sicut illa que non habent in seipsis motum neq; principium motus: sed sunt immobilia: et illa non sunt phisice considerationis. Et debet sic intelligi q mouentia non mota non sunt phice considerationis: tanq; entia mobilia habentia p̄ncipiū sui motus: cum hoc tamen bene stat q sunt phice cōsiderationis tanq; mouentia. Ex dictis ptz q̄s est sensus cōis auctoritatis que cōiter allegatur ex dicto textu scz: q mouentia non mota non sunt phisice cōsiderationis. T. Unde tria negocia. ¶ Hic p. infert vnum correlariū: q sunt tria negocia siue triplex est studium siue intentio philosophie: ꝑm tria causaꝝ genera. Nam quedam est scientia considerans res non sub rōne motus ⁊ mutatōis: hoc est p. ꝓpōnes ꝓstitutas ex terminis motum siue mutationem non explicantibus sicut est metaphisica que ab Ar. dr esse circa immobile ꝓpter cām iaz dictam. Alia est circa mobile ⁊ incorruptibile que ꝓsiderat res per ꝓpōnes ꝓstitutas ex terminis ꝑ rebus mobilibus ⁊ incorruptibilibus supponentibus: que cōnotant motum sicut est astrologia. Alia est scientia circa corruptibilia ⁊ mobilia que cōsiderat res per ꝓpōnes constitutas ex terminis ꝑ rebus corruptibilib⁹ supponentibus ⁊ motum siue mutationem ꝓnotantib⁹. T. Quare ꝓpter quid. ¶ Phūs hic ꝓbat dictam ꝓclusionem sic. Phisicus habet considerare generationes et corruptiones: sed circa generationem concurrunt materia ⁊ forma efficiens ⁊ finis: ergo phisicus habet cōsiderare quatuor causas. Minor patz: quia in oīni generatione oportet considerare aliquid quod fit post aliud sicut post aerem fit ignis. Similiter ibi concurrit forma: per quaz ignis est actu illud quod est. Etiaz ibi concurrit causa efficiens: que est ꝓductiua ipsius formе. Et etiam ibi concurrit materia deferens transmutationem naturalem: in quam efficiens agit: cum efficiens non potest causare formaz nisi in materia q̄ prꝰ sit ab eo dispōsita. ¶ Et subdit q duplicia sunt principia mouentia. Quoddam enim est quod non est phisicum: puta quod est immobile ⁊ principium omniū: qđ ꝑ tanto potest dici non phisicum: quia non consideratur in phisica tanq; ens mobile. Vel ex eo dicitur non phisicum: quia non agit in omnia ista inferiora actiōe phisica: cum nō repatiatur. Aliud est mouens quod cōsideratur in phisica tanq; ens mobile ⁊ quod in agendo repatitur. T. Et quicquid est. ¶ Hic ostēdit p. q phisicus habet considerare causaz finalem dupliciter Primo: quia forma ⁊ finis coincidunt: sed phisici ē cōsiderare de forma: ergo ⁊ de fine. Secundo ꝓbat idez ad phsicum ptinet cōsiderare de illo ꝓpter qđ natura agit: sed finis est hmōi: ergo ad phisicum ptinet ꝓsiderare de fine.

Mouētia non mota nō sunt phice ꝓsiderationis.

Et penitus reddendum pro. ¶ Hec est tertia pars huius tractatus: in qua p. ostendit modum p queni contingit phisicum per omnes causas demōstrare. Et primo ostendit: q phisicus habet demonstrare p materiam ⁊ causam efficientez: quia per illas causas habet phisicus demōstrare per quas potest fieri respōsio ad questionem factam per propter quid: sed sic est de materia ⁊ efficiente: igitur phisicus habet demonstrare per materiam ⁊ causaz efficientem. Et subdit p. q non oportet q efficiens semper sequatur suam causam: hoc est q ad esse illi⁹ rei que est vel potest esse causa semper sequatur esse effectus: sed sufficit q sequat semper vel frequenter. Per causam vero formalem cōtingit demonstrare materiam esse: ⁊ efficiens esse siue fuisse sic arguēdo: talis forma est: ergo talis materia ē ⁊ tale efficiens est vel fuit. Similiter pe causam finalem sic: talis forma debet introduci in materiaz: ergo propter eaz materia debet sic vel sic disponi. Et ibi est sermo de fine generatōis que est ꝑs substātialis rei.

Dicendum quidez igitur. ¶ Iste est vltimꝰ tractatus huius libri in quo p. ostendit q natura agit propter finem: ⁊ q ex fine prouenit necessitas in naturalibus. Et diuiditur iste tractat⁹ in duo capitula. In primo ostendit q natura agit propter finem. In secundo q ex fine prouenit necessitas in naturalibus: ibi. q autem ex necessitate. Primum capitulum diuiditur in tres partes. In prima narrat opiniones antiquorū negantium naturam agere propter finem. In secūda ꝓbat q natura agit propter finem. In tertia ponit motiua antiquorum ⁊ reprobat. Dicit ergo primo sic: q primo dicendum est: q natura est de numero illorum que agunt propter finem. Deinde dicendum est vnde prouenit necessitas in rebus naturalibus. T. Natura aliam causam. ¶ Hic p. narrat opiniones antiquorū dicens q aliqui negabant causam finalem: ⁊ reducebāt omnes effectus in causam materialem: ita q propter hoc q calidum natum est commisceri cuz frigido: similiter humidum cum sicco: que (vt ipsi dicunt) se tenēt ex pte materie necesse ē q fiāt generabilia ⁊ corruptibilia. Similiter empedocles qui posuit litem ⁊ amiciā eē p̄ncipia: ⁊ anaragoras q̄ posuit intellectū dixerūt q natura non agit propter finē: sed q res sic vel sic fieret: hoc prouenīebat ex parte materie. T. Habet autem. ¶ Hic p. ponit rationē antiquorū que talis est: illud non est ponendū fieri propter finē: quod nō minꝰ fieret licet ille finis non intenderetur: sed omnia que fiūt nō minus fierēt si finis nō intēderet: ergo talis nō fiunt propter finez. Minorē declarat p. duobus exemplis: vt pluuia nō descēdit deorsuz vt frumēta augmētātur vel destruātur: sed ex sua natura ⁊ rōne materie siue dispositionū eius descendit deorsuz. Et licet tunc frumenta augmentāturvel deperdantur: nō tamē propter hoc descendit pluuia. Secundo declarat p. idem in animalibus. Nam licet dentes anterriores sint acuti: ⁊ posteriores siue maxillares sint lati: hoc tamē nō est propter finem: sed prouenit ex parte materie. Nam aliquādo ex parte materie prouenit: q fiunt animalia mirabilia quēadmoduz dicit empedocles fieri bouigenas ⁊ aliquando viriperas.

Opinio antiquorum.

Sed impossibile. ¶ Hec est secunda pars huius capituli: in qua p. destruit opinionem antiquorū ponens talem conclusionem: q natura agit propter finem. Hanc conclusionem probat p. quinq; rationibus. Pro prima ratione presupponit duo. Primuz est q illa que fiunt a natura: fiunt semper vel vt in pluribus eodēmodo. Secūdum est q illa que fiunt a casu ⁊ fine intentione: non fiunt semper aut frequēter. Istis suppositis arguit sic p. Omne qđ fit: fit propter aliquid: vel a casu: sed illa que fiunt a natura non fiunt a casu: vt patet per suppositōes datas: ergo illa que fiunt a natura fiunt propter aliquid: ⁊ per consequens natura agit ꝓpter finez. T. Amplius in aliquibus. ¶ Hic p. ponit secundam rationem pro qua supponit: q in quibuscunq; est aliquis finis. tam priora q posteriora fiūt gratia illi⁹ finis. Isto supposito arguit sic: illud agens agit ꝓpter finem qđ illo mō sp vel vt in pluribus producit ipm finē quod nat⁹ est ꝓduci: ꝛ sic ē de natura: ergo natura agit ꝓpter finē: minorē ꝓbat sic p. Nā si natura domuz faceret eodēmodo eam faceret sicut fit ab

Opio phi.

arte:ergo cum ars agat propter finez ordinando priora ⁊ posteriora in ipsum : sequitur q̄ natura agat propter finem. Textus. Omnino autem ars. ¶ Tertia ratio est talis. Sicut est in arte ita est in natura:sed sic est in arte q̄ ars agit propter finem : ergo sic est in natura q̄ ipsa agat propter finem: maior patet: quia ars imitatur naturam inquantum potest: quia aliquando iuuat ad opera nature:sicut ars colendi terram preparat terram propter frumenta. T. Maxime autem. ¶ Quarta ratio talis est. Animalia bruta agunt p naturam ordinando debite priora in posteriora : sicut hirundines ⁊ aranee:⁊ similiter formice: que nec ſm artem nec ſm consuetudinem opanť. Et similiter in plāntis fiunt folia ꝓpter fructus coopimentum:ergo ista agunt ꝓpter finem:⁊ per consequens natura agit propter finem. T. Quoniam natura. ¶ Quinta ratio talis est. Forma est finis ⁊ vltimū in generatione:sed natura agit ꝓpter formam:ergo etiam agit ꝓpter finem Minor patet:quia natura disponit materiam ſm exigentiam forme.

Ars imitať natūrā inquātuz potest

Nō inductiua pulcherrima

Peccatum autem. ¶ Hec est tertia pbus

ius capituli in qua p. ponit motiua antiquorum. Et diuiditur ista pars in tres particulas ſm tria motiua. Primū motiuū est. Si natura ageret ꝓpter finem ipa nunq̄ ꝓduceret monstrum: cum monstrū non habeat rationem finis. Contra istud p. ponit talem conclusionem:q̄ licet in operationibus nature contingant mōstra:non tamen ꝓpter hoc negandum est naturam agere ꝓpter finem:sed concludenduz est ipam agere ꝓpter finem. Hanc conclusionem ꝓbat p. tribus rationibus. Quarum prima talis est. Ars agit ꝓpter finez vt notum est:⁊ tamen in operibus artis contingunt peccata. Sicut grammaticus aliquando non recte scribit Et medicus non recte dat medicinam:ergo etiam non est negandum naturam agere ꝓpter finem:eo q̄ in eiꝰ operibus contingunt monstra:sed potius contrarium dicendum est. T. Amplius semel fieri. ¶ Secūda ratio talis est:vbicūq̄ sunt determinata principia et determinatus ordo ꝓcedendi per determiāta media necesse est esse aliquem finem determinatum: ꝓpter quē talia fiunt:sed hoc reperitur in naturalibus: ergo necesse est in naturalibus esse aliquem finem determiātum. Minorez ꝓbat sic p. quia in generationibꝰ animalium oportet semen disponi : vt forma substātialis introducatur. Et similiter in plantis: oportet semē disponi mediātibus dispositionibus naturalibus vt plāte fiant. T. Adhuc autem oportet. ¶ Tertia ratio talis est. Si vna quecq̄ res esset a casu ⁊ non ꝓpter determinatum finem : sequeretur q̄ ex quocunq̄ semine et quacunq̄ mixtione elementorum posset quecunq̄ res indifferenter fieri:sed hoc est incōueniens: igitur licet in operibus nature monstra contingant non tamen ꝓpter hoc est negandum naturam agere propter finem

Motiuū ꝑmū antiquoꝝ Concło phi. Confutatiua

Motuum. ij.

Concło phi Confutatiua.

T. Omīno igitur. ¶ Secundum motiuum antiquorum est istud. Credebant enim antiqui q̄ ea que fiunt naturaliter procedunt ex ꝓximis causis que sunt materia ⁊ efficiens:⁊ non ex intentione finis siue propter finem. ¶ Contra istud motiuum p. ponit talem conclusionem:dicentes naturam non agere propter finez:destruunt naturam et ea que fiunt per naturam. Probat p. duabus rationibus. Prima est illa dicūtur fieri a natura que incipiunt ab aliquo ꝓncipio determinato:et terminantur ad aliquem finem certum ⁊ determinatū ergo qui dicunt naturam non agere ꝓpter finē destruunt naturam ⁊ ea que fiunt ſm naturam. T. Quātum cuius causa. ¶ Secunda ratio talis est. Illud quod p uenit ex actione alicuius semper vel frequenter ē illud propter quod agens agit:sed finis ex actiōe nature ꝓuenit semper vel frequēter : ergo finis est illud gratia cuius natura agit:ergo dicentes naturam nō agere ꝓpter finem destruunt naturam. T. Incōueniens opinari. ¶ Tertium motiuum est : q̄ agens propter finem debet deliberare de fine: ex quo ergo natura non deliberat de fine:cuz non cognoscat finem: dicunt antiqui naturam non agere propter finem. ¶ Contra illud ponit p. talem conclusionē : q̄ incōueniens est opinari naturam non agere propter finem:eo q̄ in suis operibus non deliberat:probat sic p. quia ars agit propter finez ⁊ tamen non semper deliberat:ergo non sequitur si natura non deliberet de fine q̄ non agat propter finem. ¶ Sed dicet aliquis q̄ non est simile de arte ⁊ natura:quia ars agit ad extra ⁊ natura est principiū intrinsecum. Istam cauillationem remouet p. duabus rationibus: ostendendo q̄ ars est natura in hoc cōueniunt q̄ agant propter finez. Prima ratio est. Illud quod eodem modo agit ⁊ propter eundem finem quando non est natura sicut ageret quando est natura non differt a natura in agendo ꝓpter finem:vel in non agendo ꝓpter finem:sed ars domificatiua eodēmodo iaz producit domū:⁊ propter eundem finem agit sicut si esset natura existens in ligno:ergo ars non differt a natura in hoc quod est agere propter finem. T. Manifestum autem. ¶ Secunda ratio est. Illud quod cooperatur arti ad vnum finem consequendum cōuenit cum arte in hoc quod est agere propter finem: sed natura aliquando cooperatur arti ad aliquem fiuem consequendum: ergo natura ꝓuenit cum arte in hoc quod est agere propter finem. Minor patet quia quando medicus sanat seipsum:tunc natura medici cooperatur arti medicine ad sanitatem acquirendam.

Remouet ca cauillatio

Quod autem ex necessitate. ¶ Istud est se

cundum capitulum huius tractatus:in quo determiat de causa necessitatis dispositionum naturalium. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit questionem dicens sic:q̄ considerandum est an necessitas in rebꝰ naturalibus sit necessitas ſimpliciter vel ex suppositōne Unde per necessitatem simpliciter intelligit p. necessitatem prouenientem ex causis prioribus ſm esse: sicut sunt materia ⁊ efficiens. Et per necessitatem ex suppositione intelligit necessitatem prouenientem ex causa posteriori ſm esse: cuiusmodi est finis generationis siue transmutationis. T. Nunc autem. ¶ Hec est secūda pars huius capituli: in qua p. narrat opiniones antiquorum:qui ad dictam questionem p. respondebant q̄ tota necessitas dispositionum rerum naturalium ꝓuenit parte materie ⁊ non ex parte finis: ita q̄ causa q̄re res sic fiebāt vel sic:vel quare tales vel tales dispositiones fiebant:erat ipa materia ⁊ nō finis. Quod declarabant per exemplum : vt si aliquis faciat domū ille operabitur ſm exigentiam materie:ponendo grossiores lapides in fundamento:⁊ minores in pariete:cū illi sint leuiores alijs:⁊ ligna cum inter ista sint leuissima ponebant in summitate. Nec est alia querenda causa: quare tales res sic ordinantur nisi ipa materia.

Opinio antiquorum.

Et tamen nō sine bijs ¶ Hec ē tertia pars

capituli in qua p. ostendit veritatem. Et continet ista pars tres particulas. In prima ponit intentionem suā In secunda ꝓbat intentum suum:ibi. Est autē necesse rium. In tertia infert vnum corelarium: ibi. Utraq̄. Dicit ergo primo sic: q̄ licet aliqua que fiunt (sicut domus vel alia huiusmodi) non possunt fieri sine lapidibus ⁊ lignis vel alijs hmōi:ista nō sunt vel fiunt ꝓpter illa. Nec etiā p illa ꝓtingit rīdere ad q̄stionē factā p q̄re siue ꝓpter quid. Si enim quis querat quare domus

fit: siue ꝓpter quid domus fit: non ꝙuenienter respōdetur ꝙ fit ꝓpter ligna ⁊ lapides: sed ad talem questionem ꝓtingit apte respondere per finē: scz vt defendat nos a pluuijs ⁊ frigoribus. Et sicut est de artificialib⁹ ita est de naturalibus: licet enim ipsa entia naturalia non possunt fieri vel esse sine materia. Et similiter dispositiones que fiunt per transmutationes naturales non possunt naturaliter esse aut fieri sine materia: tamen nec entia naturalia nec dispōnes naturales fiunt ꝓpter materiam sed ꝓter finem. Nec ꝙ cām materialē pōt fieri respōsio ꝙuenīēs ad q̄stionē factā ꝙ ꝓpter q̄d vt si quis querat: ꝓpter quid in materiaz aq̄ introducitur caliditas ⁊ siccitas: non ꝙuenienter respondet ꝙ hoc fit ꝓpter materiam: sed cōuenienter respondetur ꝙ hoc fit ꝓpter formam substantialem ignis introducendam. Sicut in artificialib⁹. Si quis querat ꝓpter quid serra habet dentes. Non ꝙuenienter rñdetur q: est ferrea: sed bene rñdet: vt ꝙ ipam possint diuidi dura: lz tñ materia sit necessaria siue necessario req̄sita i tali serra. Ex dictis ꝙcludit p. ꝙ in naturalibus est necessitas ex suppōne: hoc est necessitas sumit ex parte finis: ⁊ non est necessitas simpliciter: hoc est non sumit necessitas ex parte materie. T. Est aūt necessarium.

Sicut se habent ꝓncipia i speculabilib⁹: ita finis in agibilibus.

¶ In ista scōa partícula p. ꝓbat intentum suum: scz ꝙ necessitas in rebus naturalibus ꝓuenit ex pte finis: ⁊ hoc sic. Sicut se habent ꝓncipia in speculabilibus ad ꝙclusionem: ita se habz finis in agibilibus ad illa que ordinant ad finem sed in speculabilibus necessitas cōclusionis dependet ex necessitate ꝓncipiorum: ita ꝙ si ꝓncipia sint necessaria: ꝙclusio erit necessaria: ⁊ si ꝓncipia sint ẋa ꝙclusio erit ẋa: ergo similiter in agibilibus siue naturalibus necessitas ꝓuenit ex pte finis: ita ꝙ si talis finis debeat esse oportet media ordinata ad talem finē sic vel sic disponi siue fieri. T. ¶ Quare si erit domus. ¶ Hic p. declarat illud idem ꝙ simile: naz domus debeat fieri oportet ligna: lapides: ⁊ lateres esse: ⁊ tñ domus non fit ꝓter illa: sed ꝓpter finem: vt puta ad saluandum nos a frigoribꝰ ⁊ pluuijs: ergo etiā ita in naturalibus ipa materia ꝙcurrit: sed tñ ꝓpter ipam dispōnes naturales non fiunt: nec etiam res naturales: licet sine materia fieri nō possent naturaliter

Correlariū ꝓmū.

T. Et vtraq̄. ¶ In ista tertia ꝑticula p. ponit quedā correlaria quoꝝ ꝓmū est: ꝙ tam causa materialis ꝙ finalis ꝙsiderant a phisico: sed tñ magis debet ꝙsiderare causam finalem ꝙ materialem: ⁊ magis per eam demonstrare ꝙ per materiam: quia finis est causa materie ⁊ est principalior causa ꝙ materia: igitur phisicus magis debet ꝙsiderare causam finalem ꝙ materialem

Scōm corr. Diffi terianitio magistralis demōstrat. ꝙforma-

T. Et finis. ¶ Secundum correlarium est ꝙ ex quo causa materialis est ꝓpter causam finalem ⁊ formalē igitur diffinitio naturalis sumit ꝓncipaliter a forma vel a fine: ⁊ talis diffinitio potest sumi ꝓ medio ad demonstrandum diffinitionem que sumitur ex pte materie de diffinito: sicut ista diffinitio: ꝓhibens nos a frigoribus ⁊ pluuijs que sumit ex parte forme vel finis: potest esse medium ad ꝙcludendum istam diffinitionē compositum ex lignis ⁊ lapidibus de isto diffinito scz domꝰ. Et quia aliqs possz dubitare siue credere ꝙ materia nunq̄ intraret diffinitionem siue terminus materiam explicans: ideo dicit p. ꝙ materia aliq̄n ingredit diffinitionem rei naturalis. Et sic patet ꝙ est ps quiditatis rei naturalis.

Queritur vtrum natura ꝓducens monstrum intendat monstrum.

Et videtur ꝙ sic quia natura nutrit ⁊ augmentat monstrum: ergo natura intendit monstrum. ¶ Secundo sic: natura intēdit illud qō de possibilibus est melius: sed melius est monstruz ꝙ nihil: in casu quo non potest fieri rectum: ergo natura intendit monstrum. ¶ Tertio sic: homo generans hominem intendit illuz: ⁊ ille est monstrum: ergo homo intendit monstrum. ¶ Quarto sic: natura intendit finem sui operis: sed monstrum videtur esse finis operationis nature: cum monstrum quādoq̄ opationem nature terminet: ergo natura intendit monstrum.

In oppositum arguitur: natura non intendit

errorem sui effectus: sed monstrum est error effectus nature: ergo natura non intendit monstrum. ¶ Secundo sic: monstrum est effectus discōueniens: ergo nō intenditur a natura. ¶ Tertio sic: natura non deficit i necessarijs nec abundat in superfluis: ergo natura monstra non intendit. ¶ Quarto sic: entia nolunt male dispoi vt dicitur. xij. metaphisice: ergo natura monstrū nō intendit: Pro solutione questionis est.

Sciendū ꝙ monstrū solet sic describi.

Diffinitio mōstri

Mōstrum est ens ꝓductum sub dispositionibus notabiliter rebus sue spēi discōuenientibus ꝓter solitum cursum nature. Dicitur notanter notabiliter discōuenientibus: quia si tales dispositiones non essent notabiliter discōuenientes nature illius effectus: tunc ille effectus non dicitur monstrosus vel monstrum. Dicitur rebus sue spēi: quia si tales dispositiones discōuenirēt notabiliter rebus alterius spēi a specie effectꝰ: ꝓpter hoc talis effectus non diceretur monstrosus: vt homo non dicitur monstrosus quia homo est ꝓductus sub dispositionibꝰ notabiliter discōuenientibꝰ asinis.

Cause mōstri.

¶ Hñ quadruplex solet assignari causa monstri ⁊ hoc in generali. Primo ꝓpter superfluitatem materie quādo scz materia nimis abundat tunc contingit homines generari nimis magnum vel habentes membra nimis magna. Secundo quādo materia est nimis parua: tūc cōtingit hoīem generari sine manibus vel pedibus. Ex parte vero dispositionis materie: vno modo cōtingit monstrum quādo materia est nimis humida ⁊ nimis fluxibilis: ⁊ tunc cōtingit homines generari nimis lōgos in comparatione ad latitudinem ⁊ ꝓfunditatem Secundo quando materia est nimis sicca: ratione cuius siccitatis nō potest sufficienter extendi effectus siue ipa materia: ⁊ sic contingit ꝙ generantur homines breues. Ex parte vero agentium contingit multipliciter. Primo quando virtus distinctiua membroꝝ est nimis fortis: rōne cuius distinguitur vnum membruz in plura membra: ⁊ diuidūtur membra que debēt esse cōiuncta: vel debent esse vnum membrum ⁊ sic contigit homines generari cum sex digitis in vna manu. Secūdo quando illa virtus est nimis debilis: ⁊ sic cōtingit homines generari habentes digitos cōiunctos qui debent esse diuisi. Tertio ex concursu seminū aialium diuersarum specierum: ⁊ sic cōtingit animal generari ꝑticipans duarum specierum naturam: vt ex concursu asini ⁊ eque generantur muli. Quarto ex parte influē tie celestis nate ꝓducere alicuius speciei effectum: cōcurrente causa particulari nata ꝓducere effectum alterius speciei: vt si in generatione hominis fieret cōstellatio vel influentia ꝓductiua porci: tunc generatur homo habens faciem longam ad modum porci. Ex parte vero continentis contingunt multipliciter monstra Nam quādoq̄ contingit celulam in qua semen recipit corrumpi: ⁊ sic contingit ꝙ generātur homines gibbosi: ⁊ aliquādo semen in pluribus cellulis recipit: et sic contingit hominem nasci cum duobus capitibus: quādo scz ille cellule sunt inferius coniuncte ⁊ superius diuise: ⁊ quādoq̄ contingit hominem nasci cum duobꝰ corporibus: habentem tantum vnum caput quādo cellule sunt supi⁹ ꝓiuncte ⁊ inferi⁹ diuise. Isto notato sit.

Conclusio responsiua ad quesitum. Natura ꝓducens monstrum: monstrum intendit: sed non intēdit monstrum. Prima pars patet per rationes ante oppositum factas: ponendo illum terminū monstrum in conclusione ante illud verbum intendit. Secunda ps patet: quia nihil quod dirigitur ab agente infallibili siue quod agit secundum ꝓpositum intendit aliquem defectum: sed monstrum est quidam defectus: ergo natura non intendit monstrum. Et hoc est quod cōmuniter dicitur ꝙ natura non intendit ipam diffformitatem id est non intēdit rem sub ea ratione qua est diffformis sed bene intendit rem sub ea ratione qua est natura: ⁊ quoddam bonum.

Dubitatur primo: vtrum necessitas in reb? naturalibus ꝓueniat ex parte materie vel ex parte finis. Pro solutione dubij est.

Aduertendū ꝙ hic non est sermo de necessitate simpliciter dicta: sed de necessitate ex suppone siue de necessitate conditionata: ⁊ sic sensus dubij ē iste Vtrum in opationibus naturalibus ordo ꝓueniat ex parte materie vel ex parte finis: sic ꝙ vna opatio naturalis est prior ⁊ alia posterior: ⁊ similiter vna dispositio prior ⁊ alia posterior. ¶ Tunc ad dubiuz dr: ꝙ ex pte finis sumitur necessitas in rebus naturalibus: id est ordo opationum siue dispōnū ꝓuenientiū sumit ex pte finis: qz vt in pluribus id ē est efficiens ⁊ finis: sed efficiens est causa talis ordinis: ergo ⁊ finis. ¶ Item ex pte illius ꝓuenit ordo in opationibus naturalibus ꝓpter quod agens sic agit ⁊ nō aliter: sed illud est finis ergo ex parte finis sumit ordo in opationibus naturalibus. Dicitur notanter opationū ꝓuenientiuz: qz opatiōes discōuenientes siue dispōnes discōuenientes multotiēs ꝓueniūt ex pte materie: sicut apparet i mōstris.

Dubitatur secundo: vtrum natura agat ꝓpter finem. Et videtur ꝙ non: qz illud non est ponēdū agere ꝓpter finem quod non minus ageret si finis nō intenderetur: sed sic est de natura: ergo natura non agit ꝓpter finem. ¶ Scōo sic: illud a quo aliquādo vnū ꝓducitur: ⁊ aliquando reliquum non agit ꝓpter finez sed sic est de natura: ergo natura non agit ꝓpter finem ¶ Tertio sic: si natura ageret ꝓpter finem: sequeretur ꝙ ipa nunq̄ monstrum ꝓduceret: cum monstrum non habeat rationem finis: ergo natura non agit ꝓpter finem. ¶ Quarto sic: omne agens ꝓpter finem p̄cōcipit finem ⁊ deliberat de medijs ordinatis ad finem: sz natura non p̄concipit finem nec deliberat de medijs ordinatis ad finez: ergo natura non agit ꝓpter finem ¶ In oppositum est p. in vltimo tractatu huius secūdi libri. ¶ Ad dubiū dr ꝙ natura agit ꝓpter finem: hoc satis ꝓbat p. in textu quinq̄ rōnib? que patent in expōne textus. Et ad p̄mā rōnem dubij dr negando minorē Et ad scōam dr negando maiorez. ¶ Ad tertiam dr negando consequentiam. ¶ Ad quartam dicitur negando maiorem: quia solum agens per intellectum ⁊ voluntatem p̄cognoscit finez: ⁊ deliberat de medijs ordinatis ad finem: sed agens pure naturale non p̄cognoscit finem: nec deliberat de medijs ordinatis ad finem: sed dirigitur ab agente p̄cognoscente finem.

Ad rationes ante oppositum dicitur ꝙ bene concludunt istam p̄positionem: natura illam rem que est monstrum intendit: sed non concludit istam ꝓpositionem: natura intendit monstrum: cuz natura nō inclinetur ad hoc ꝙ aliqua res sit monstrum. ¶ Ad rationes post oppositum. ¶ Ad primam dicitur: negando ꝙ natura errorem siue defectum intendat: licet natura non intendat errorem siue defectum. ¶ Ad secundam dicitur negando consequentiam. ¶ Ad tertiaz dicitur: ꝙ licet natura nō deficiat in necessarijs nec abūdat in superfluis quo ad totam speciem: tamē bene potest deficere in necessarijs ⁊ abūdare in superfluis quo ad aliquam indiuidua alicuius speciei. ¶ Ad quartaz dicitur: ꝙ licet entia nolunt male dispoi quo ad totā speciem: tamen aliqua indiuidua alicuius speciei possunt male dispoi. Et hec de secundo libro phisicorum Aristotelis dicta sufficiant.

¶ Tertij libri ꝓemiuz ostendens de quibus in phia sit determinandum.

b Quoniam autez natura est principium motus et mutationis: iccirco phisicus qui considerat naturā habet de motu considerare. Quia ignorato motu necē est naturam ignorare. Ex quo inferuntur quatuor correlaria. ¶ Primum est ꝙ phisicus habet considerare de continuo. Patet: quia habz considerare de motu: sed motus est de numero continuoz̄: igitur habet de continuo cōsiderare. ¶ Secundum correlarium est: phisicus habet determinare de infinito. Patet: quia phisicus habet considerare de continuo: sed continuum diffinitur: ꝙ est in infinitum diuisibile: ⁊ hoc vt in pluribus: igitur habet considerare de continuo. ¶ Tertium correlariuz est phisicus habet considerare de loco vacuo? tempore. Patz: quia sine loco ⁊ tempore nō potest fieri motus: secundum veritatez. Neq̄ sine vacuo: secundum antiquos: igitur cū phisicus considerat de motu: considerabit etiam de loco tempore ⁊ vacuo. ¶ Quartū corrolariuz est ꝙ in hoc tertio libro phisice determinandum est de loco: tempore: ⁊ vacuo. Patet: quia talia sunt communia omnibus rebus naturalibus modo speculatio de cōibus ꝓz est speculatione de ꝓprijs.

Ignorato motu necesse ē naturā ignorare

Correla.i. Motus est de numero ꝓtinuoz̄.

Correla.ij.

Diffinitio cōtinui.

Correlariū.iij

Correla.iiij

Posterior est de ꝓprijs speculatio ea que de cōibus est

¶ Primi tractatus primum capitulum: in quo ponuntur diuisiones valentes ad diffinitionē motus.

a D babendam diffinitionem motus ponuntur quatuor diuisiones. ¶ Prima est: entium quoddam est ens in actu: ⁊ quoddam est ens in potentia. ¶ Secunda diuisio est coz̄ que sunt actu: hoc quidez est hoc aliqd siue substantia: aliud quantum: ⁊ aliud quale: et sic de alijs predicamentis. ¶ Tertia

Diuisio.i.

Diuisio.ij.

Diuisio.iij

diuisio est: eoꝝ que sunt ad aliquid: quedam dicunt ad aliqd scdz supabūdantiā ⁊ defectum: alia vo scdm actiuum ⁊ passiuuz: siue motiuum ⁊ mobile. Motiuum enim mobilis est motiuum. Ex istis diuisionibꝫ sequūtur duo correlaria. Primū est qꝫ motus nō est preter res ad quas est motus. Nam oīne quod mutatur: mutatur secundum substātiā aut secundum quantitatem: aut secundum q̄litatem: aut scdm locum. Secundum correlarium est: qꝫ motus non est aliquid cōmune p̄ter quale quātum et sic de alijs: neqꝫ est qd cōe ad illa diuersa predicamenta. ¶ Quarta diuisio est: in vnoquoqꝫ predicamento inuenitur duplex motus: scz motus acquisitiuus: vt motus quo aliquid fit album: vel fit perfecte quantitatis: aut sursum: ⁊ motus deperditiuus: vt motus quo aliquid fit nigrum: vel imperfectum scdm quātitatē: aut deorsum. Ex ista diuisione patet: qꝫ tot sunt species motꝫ quot sunt species entis per motum acquisiti.

Motus nō est preter res ad qs est motus

Diuisio. iiij.

Tot sunt spēs motꝫ quot sunt spēs entis

¶ Secundū capitulū: in quo diffinit motꝫ.

Conclo. j.

Diffinitio motus formalis.

Primuz correlarium

Scdm correlarium.

Oīne mouēs physicum i mouendo mouet.

a

Ad cognoscendum quid sit motꝫ ponuntur alique cōclusiones. ¶ Prima est qꝫ motus est endelechia siue actus entis in potentia scdm quod in potentia. Probatur. Tum primo: quia alteratio est actus alterabilis inq̄tum alterabile et augmentatio est actus augmētalibus inquātum huiusmodi. Et similiter de generatione: corruptione: ⁊ loci mutatione: diminutiōe: igitur motus bene diffinitur: qꝫ est actꝫ entis in potentia secundum quod est in potentia. Tum secūdo: quia edificatio est actꝫ edificabilis inquātum aliquid eius est: ⁊ aliquid non est. Et similiter doctrinatio: medicatio: volutatio: sanatio: adolescētia: ⁊ senectus: igitur motus est actus entis in potentia. ¶ Ex quo sequuntur duo correlaria Primū est: qꝫ ex quo idem est in actu ⁊ in potentia non secundum idem: sed caliduz in potentia ⁊ frigidum in actu: ideo multa agunt ⁊ patiuntur ad inuicem. ¶ Secundum correlarium est: qꝫ omne mouens physicum est mobile: quia omne tale in mouendo mouet: ⁊ propter hoc quibusdā visuz est: omne mouens moueri: sed de hoc postea. Sed qꝫ motus sit actus entis in potentia secundum qꝫ huiusmodi. Patet: quia es non fit statua inquantum es: sed inquantum in potentia statua: alias adhuc fieret statua: quando ē statua: quod est falsuz. Ex hoc infertur qꝫ es: ⁊ potentia statua diuersas habēt rationes alias statua fieret statua inquantuz es: sicut inquantum in potētia statua. Patet hoc correlarium dupliciter. Tum primo: quia si illa haberent eandem rationē hoc esset quia de seinuicem verificantur: sed hoc non sufficit. Nam posse sanari ⁊ posse languere de eodē verificantur: ⁊ tamen habēt diuersas rationes: alias idez posset esse simul sanū ⁊ egrū. Tum secundo quia color ⁊ visibile de eodez verificantur: ⁊ tamen diuersas habent ratōnes: igitur ⁊ es: ⁊ in potentia statua. ¶ Secunda conclusio: dicta diffinitio motus est sufficiens. Probatur dupliciter. Tum p̄mo quia motꝫ est illud quo presente mobile mouetur: sed illud est actus entis in potentia ⁊ cetera igitur motus est actus entis in potētia ⁊ cetera. Tum secundo: quia nulla diffinitionum datarum ab antiquis est sufficiēs igitur ista est sufficiens. Antecedes patet: quia antiqui dixerunt motum eē alteritatē: inequalitatem siue non ens: et esse quandaz indeterminationem: ex eo qꝫ talia ponuntur in ordine priuationuz sicut motus: modo tales diffinitiones non valent. Tum: quia alicubi inueniūtur alteritas ⁊ inequalitas: vbi non inuenitur motus. Tum: quia motus nō magis debet diffiniri per illa qꝫ per sua opposita. ¶ Neqꝫ valet ratio antiquorum: nā diceretur qꝫ motꝫ est actus: non quidem perfectus: sed imperfectus. Quod patet dupliciter. Tum quia illud quod mouetur est imperfectum ⁊ in potentia ad aliud. Tum: qz motus non est actus perfectus: neqꝫ est purum nihil: igitur est actus imperfectus. Et sic patet qꝫ difficile est cognoscere motum. ¶ Tertia conclusio. Omne mouēs physicū in mouēdo mouetur. Patet. Tum primo: qz illud cui accidit esse in potentia potest moueri: sed sic est de mouente physico: igit. Tū secundo: quia illud potest moueri cuius immobilitas est quies: sed mouens physicum est huiusmodi: igitur. Tum tertio: quia mouens physicum habet qualitatem contrariā qualitati passi: igitur ipsuz in mouendo mouetur. ¶ Quarta conclusio. Motus est actus mobilis inq̄tū mobile. Patet: quia nō est actus mouentis scdm qꝫ mouens: igitur est actus mobilis secundum qꝫ mobile.

Color ⁊ visibile distinguunt ratione.

Conclo. ij

Confutant diffinitiones motus date ab antiquis.

Soluit rō coꝝ rūdem.

Conclo. iij.

Quarta cōclo q̄ est diffinitio motꝫ materialis.

¶ Tertium capitulum in quo soluūtur quedam dubitationes.

Dubitatio prima.

Arca predicta mònenᵗ aliq̄ dubitationes. ¶ Prima ē: in quo ē motᵘ subiectiue. ¶ Ad quā respōdeᵗ q̄ est in mobili subiectiue. Patz: qz motus est actus mobilis a mouente: igiᵗ non est i mouente sed in mobili. ¶ Scōa dubitatio ē an sit idem actus mouentis ⁊ mobilis. ¶ Ad hoc dz q̄ sic. Tū p̄mo: qz illoz est vnᵘ actᵘ q̄ sic se bñt q̄ ad vnū ptinet alium recipere: ⁊ ad alterz causare: sed sic est de mouēte ⁊ mobili: igiᵗ. Tum scōo: qz idem est spaciū vni ad duo ⁊ duoz ad vnū: lz rō non sit vna. Similiter idem est spaciū ascendentis ⁊ descēdentis: igitur etiam idē est actᵘ mouentis ⁊ mobilis. ¶ Tertia dubitatio est hec: vtrum actio ⁊ passio sint idem motus. Et oriᵗ ista dubitatio: qz actio ⁊ passio sunt motus: ⁊ actio est actus actiui: cuz sit opus ⁊ finis eiᵘ passio aūt ē actᵘ passiui. Ideo queriᵗ: vtz actio ⁊ passio sint idē motᵘ an diuersi ¶ Et arguiᵗ q̄ non sunt diuersi motᵘ: qz vel essent ambo in agente: vel ambo in patiente: vel actio in agente ⁊ passio in patiente: vel econtra. Non p̄mū: qz tunc oē mouēs moueretur qđ est falsum. Nec scōm. Tū p̄mo: qz ppzius actus alicuius non esset in eo cuius ē actᵘ: qz actio que est actᵘ agētis nō essz in agēte Tum scōo: qz tunc idē moueretᵉ diuersis motibus ad vnā ⁊ eādē formā scōm spēm. Nec est dicendū tertiū: qz cū actio sit motus: sequetur q̄ oē mouēs moueretᵉ qđ ē falsuz: ⁊ ita impugnaretᵉ quartū membz̄: videl ergo q̄ actio ⁊ passio sunt idē motᵘ. ¶ Sed q̄ non sint idem motus patet. Tum p̄mo: quia tūc diuersoz scōm speciem puta agentis ⁊ patientis esset idem actus quod est incōueniens. Tū scōo: qz si doctio sit doctrina: tūc omne docens esset adiscens: ⁊ omne agens esset patiens: quod est falsum. Tum tertio: quia tunc quicūq̄z doceret adisceret: ⁊ quicunq̄z ageret pateretur. ¶ Ad hanc dubitationem dicitur q̄ actio ⁊ passio non sunt p̄ prie idem saltem scōm rōnem sed cui bec insunt sz motus: hoc est: sunt idem motus: licet diuersis rōnibus dicatur actio ⁊ passio Actio vt ab hoc: ⁊ passio vt i hoc. Sicut eadem est via a thebis ad athenas: ⁊ ab athenis ad thebas. ¶ Et ad rōnez p̄mā dicitur q̄ non est incōueniens q̄ idē actus sit actio et passio. Neq̄z est incōueniēs q̄ actus agētis: hoc est qui est ab agente: nō sit in ipso agente. ¶ Similiter ad scōaz rōnem dicitur q̄ non est incōueniēs q̄ diuersoz scōm speciem sit vnus et idem actus cui diuerse rōnes ꝓueniunt. Similiter licet doctio et doctrina sint eadem res cui ꝓueniunt diuerse rationes: non tamen opoꝛtet q̄ docens discat vel q̄ agens patiatur. ¶ Ex predictis patet in vniuersali quid sit motus: et eodez modo possunt diffiniri species eius: puta alteratio est actus alterabilis secundum q̄ alterabile: et sic de alijs. Licet aliter possit diffiniri motus. Q̄ est actus actiui et passiui existentis in potentia inquantum huiusmodi. Et ita possunt diffiniri omnes species motus.

Scōa dubitatio. Solutio

Tertia dubitatio

Arguiᵗ ad ptē affirmatiuam

Arguiᵗ ad ptē negatiuam

Solutio dubij

Soluunᵗ i nō ueniētia ptis oppositē.

Epilogus

Quoniam autez natura est p̄n

q

cipium motus. ¶ Iste est tertius liber phisicoꝝ Aristotelis: in quo philosophus postq̄ in primo libro determinauit de p̄ncipijs reruz naturaliuz intrinsecis. Et in secundo determinauit de p̄ncipijs scientie naturalis. consequenter hic determinat de motu ⁊ infinito. Et diuiditur iste liber in duos tractatus. In primo determinat de motu. In secundo de infinito: ibi. Quoniam autem de natura. Primus tractatus cōtinet tria capitula. Primum capitulum est de aliquibus premittendis ante diffinitionem motus. Secundū est de diffinitione: ⁊ incipit ibi. Diuisio autem secundum vnū qđq̄. Tertium est de solutione quoꝝūdam dubioꝝ circa motum ibi. Dubium autez. Et primo anteq̄ accedat ad primū capitulum premittit quasdam conclusiones Quaram prima est: q̄ ad philosophum naturalem ptinet considerare de motu. ꝓbat sic p. quia ad quem ptinet determinare de natura ad eūdem ptinet determinare de motu: sed ad naturalem philosophuz pertinet determinare de natura: ergo ad eundem pertinet determinare de motu. Maiorez ꝓbat sic philosophus quia ignorato motu ignorare naturā est necesse. ⁊. Determinantibus autez. ¶ Hic philosophus infert: q̄ ex quo ad naturalem philosophum pertinet cōsiderare de motu: ⁊ motus est de numero continuoꝝ: ideo habet considerare de mota ⁊ de hijs que consequūtur motum. Textus. Sed infinituz. ¶ Hic philosophus ponit secundam conclusionem que talis est: q̄ ad philosophum naturalem pertinet considerare de infinito. ꝓbat sic philosophus: quia ad ipsum pertinet considerare de continuo: ergo ⁊ de infinito. Consequentia patet: quia cōtinuum multotiens diffinitur per infinitum: cum in infinitum diuisibile sit continuum. Dicitur notanter multotiens: quia continuum aliquando alia descriptione describi potest: in qua non ponitur infinitum sic. Continuuz est cuius partes copulanᵗ ad aliquē terminū cōmunem. ⁊. Adhuc aūt. ¶ Hic p. ponit tertiam cōclusionē: que talis est: q̄ ad naturalē philosophum pertinet determinare de loco: ⁊ vacuo: ⁊ tēpore ꝓbat sic: quia naturalis debet ea considerare sine quibus non possunt esse motus naturales: sed nō

Conclō.i.

Ignorato motu necesse ē ignorare naturam.

Adoꝛ ē de numero ꝓtinuoꝝ

Concluſio.ii.

Diffinitio cōtinui.

Concluſio.iii.

tus non possunt esse sine loco et tempore: secundum rei veritatem: nec sine vacuo: scōm antiquoꝝ opinionem: ergo ad naturalē philosophū pertinet determiare de loco vacuo ⁊ tempore. T. Et vniuersaliter hic.

Conclo.iiij. Quarta ꝓclusio est: ad naturalem p.pertinet cōsiderare de motu: infinito: loco: tpe: ⁊ vacuo: ꝓbat sic p. qz in isto libro debent ꝓsiderari oīa illa q̄ sunt cōia oīb⁹ rebus naturalibus: sed motus: infinitus: ⁊ ps: locus: ⁊ vacuum sunt cōia oībus rebus naturalibus: ⁊ vacuum fm opinionem antiquoꝝ: ergo de istis debet p. naturalis in isto libro ꝓsiderare. Maior em. ꝓbat sic p. qz ꝓsideratio de cōibus est ꝑ: ꝙ ꝓsideratio de ꝑprijs: ⁊ cuz iste liber sit ꝑmus totius phie naturalis: seqtur ꝙ in isto libro debent ꝓsiderari illa q̄ sunt cōia oībus rebus naturalibus. Unde dicta auctoritas phī. s. ꝓsideratio de cōibus est ꝑ: ꝓsideratōe de ꝑprijs debet sic intelligi ꝙ ꝑns res debent ꝓsiderari fm ꝓceptus cōes ꝙ̄ fz ꝓceptus ꝑprios in scia toti cōitati tradenda.

Cōsideratō de cōib⁹ ꝑ: ē ꝙ̄ cōsideratio de ꝓprijs.

Primū aūt sic. Hic incipit ꝑmū capitulū

ꝑmi tractatus: in quo p. ꝑmittit aliqua ꝓambula ad diffinitionem motus valentia. Et diuidit istud caplm in quatuor ꝑtes: que videbunt in ꝓcessu. In ꝑma ꝑte ꝑmittit quasdam diuisiones. Quaꝝ ꝑma est: ꝙ entium quoddā est ens in actu: ⁊ quoddaz est ens in potentia. Exemplū ꝑmi vt aliq̄d est actu calidū. Exemplum scōi vt aliq̄d non est actu calidū: sed pōt esse calidū. T. Et horꝝ que sunt in actu. Scōa diuisio est. Eoꝝ q̄ sunt in actu: quedam sunt adaliq̄d: quedam sunt ꝙ̄ta: quedaz sunt qualia: ⁊ sic de alijs ꝑdicamentis. T. Sed eius qō adaliq̄d.

Prima diuisio

Diuisio.ij

Diuisio.iij.

Tertia diuisio est: ꝙ eoꝝ que dicunt adaliq̄d: quedā dicunt adaliq̄d fm supabūdantiam ⁊ defectum: quedaz fm actiuū ⁊ passiuū ⁊ oīno fm motiuū ⁊ mobile. Unde ex ꝑma diuisione habetur ꝙ motus ē actus. Ex scōa habet ꝙ mot⁹ est adaliq̄d: puta ad quātitatem vel qualitatem ⁊ sic de alijs. Ex tertia habetur ꝙ est alicuius ⁊ ab aliquo: ex quo est actus ꝓcedens a mouente in mobile.

Non ē aūt. Hec ē scōa ps huius capitu

li in qua p. infert duo correlaria. Quoꝝ ꝑmū est: ꝙ nullus est motus ꝓter motum ad substantiam: aut qualitatem: aut quātitatez: aut vbi: ꝓbat sic p. qz nullus est motus ꝓter res fm quas mobile mouet: sed oē qō mouetur: mouet fm substantiā: qualitatem: quātitatem: aut vbi: ergo nullus est motus ꝓter motū ad substātiā quātitatem qualitatem aut vbi: mino: ē declarauit p. quinto huius. T. Commuui aūt. Scōm correlariū ꝙ motus non est vniuocum ad diuersa ꝑdicamenta: ⁊ res que per motum acq̄rit in diuersis ꝑdicamētis reperitur: ⁊ ꝓpter motū aliqū variat predicatio dicibiliuz predicamenti substantie: aliqñ qualitatis: aliqñ quātitatis: ⁊ sic deinceps.

Motus non ē ꝓter res ad qs mouetur.

Uniquodq; aūt. Hec est tertia ps capi

tuli: in qua p. ponit quartam diuisionem que talis est ꝙ in vnoquoq; dictoꝝ ꝑdicamentoꝝ repit duplex motus: scz motus acq̄sitiuus alicuius: ⁊ motus depditiu⁹ alicuius: siue motus oppositi vt motus p quem aliq̄d fit album: ⁊ motus p quem aliq̄d fit nigruz. Similiter motus fm quem aliq̄d fit magnū siue pfectā quantitatem acquirit: ⁊ motus fm quem aliq̄d impfectā quātitatem acquirit. Similiter fm loci mutationez aliqs est motus sursum fm quem mouet leue: ⁊ aliqs est motus deorsum fm quem mouet graue. T. Quas autē motus.

Diuisio.iiij.

Tot sunt spēs mot⁹ quot sūt spēs entis.

Hec est scōa ps in qua p. infert vnū correlarium qō est tale: scz ꝙ tot sunt spēs motus siue mutationis: quot sunt spēs entis p motū acquisibiles Et debet istud correlariuz sic intelligi. Tot sunt termini specifice distincti appropiate positiue siue ꝓpriatiue dispositiones fm quas est mot⁹ vel mutatio significātes quot sunt spēs motus ⁊ mutationis.

Diuisio aūt scōm vnū. Istud est scōm ca

pitulum huius tractatus in quo determinat de motu diffiniendo ipm. Et diuidit istud capitulum in duas ꝑtes ꝑncipales. In ꝑma ponit vniuersalez diffinitionē motus. In scōa ponit vnam aliam diffinitionem: scōa ibi. Unde motus actus. Dicit ergo ꝑmo sic: ꝙ diuisiōe facta fm vnūqōq; genus puta ꝙ hoc est in actu: ⁊ aliō in potentia. Motus est actus: entis in potētia: scōm ꝙ hmōi. Hanc diffinitionem declarat p. ꝑmo p inductionem sic: qz alteratio est actus alterabilis inq̄tum alterabile. Augmentatio est actus augmentabilis inquantum augmentabile. Diminutio est actus diminuibilis inquantum diminuibile. Gñatio est actus gñabilis inquātum gñabile. Corruptio est actus corruptibilis inquātum corruptibile. Et loci mutatio: ē actus loci mutabilis inquātum loci mutabile: ergo motus est actus entis in potententia scōm ꝙ hmōi. T. Scōm autem hoc. Hic p. ꝓbat dictam diffinitionem p particulas: ⁊ ꝑmo ꝙ motus est actus entis in potentia: qz edificabile inquātum hmōi: hoc est ꝓ quāto aliq̄d eius factuz est: ⁊ adhuc aliq̄d est fiendum: ōz actu edificari: ⁊ eius actus ōz edificatio. Similiter doctrinatio est actus alicuius qō aliq̄d habet: ⁊ quod est in potentia ad aliud acquirenduz: ⁊ sic de alijs motibus: ergo motus ē act⁹ entis in potentia. Et subdit p. ꝙ quedam naturalia simul sunt in actu vno modo: ⁊ alio modo in potentia: hoc est sunt in actu ⁊ in potentia: sed non fm idem: sicut aliquid est in actu calidum: qō est in potentia frigidum. T. Multa iam agunt. Hic p. infert aliqua correlaria. Quoꝝ ꝑmū est: ꝙ ex quo idem est in actu et in potentia in ordine ad diuersa: seqtur ꝙ multa agūt ⁊ patiunt ad inuicem: sicut sunt actiua ⁊ passiua adinuicem: qz habens vnam qualitatez ꝓtrariam alteri ꝓt habere aliam: ergo pōt pati ab illo qō habet ꝓtrariaz qualitatem. T. Ergo ⁊ mouens. Scōm correlariū est: ꝙ oē mouens phisicum est mobile. patz: qz oē illud qō in mouendo mouetur est mobile: sed oīe mouens phisicum in mouendo mouet: ergo oīe mouēs phisicum est mobile. Unde p mouens phisicum p. intelligit mouens qō agit p ctactum habens qualitatem ꝓtrariam qualitati ipsius passi: ⁊ natum recipere similem qualitatem qualitati ipius passi. Et ꝓpter dicta credebant aliq̄ ꝙ oīe mouens essz mobile: de hoc tū dicit p. ꝙ videbit in sequentib⁹ puta in. viij. huius: ⁊ in. xi. metaphisice. Unde p mouens phisicum non intelligit p. oīe mouens qō est phisice ꝓsideratōis: cum aliquod sit tale qō est immobile: sz intelligit illud qō nūc ꝑus dictum est. T. Sed potentia existētis. Hic p. declarat vltimaz ꝑticulam diffinitionis motus: scz scōm ꝙ hmōi: ꝑmittens ꝙ subiectum qō mouet est in actu per vnum: ⁊ in potentia ad aliud. Isto sic supposito ꝓbat p. dictam particulam: qz es non fit statua inquātū es: sed inquātum est in potentia statua: ergo motus ē act⁹ entis in potentia: ⁊ non inquātum in actu: ergo inquātum in potentia. Ans quo ad ꝑmā ꝑtem: scz ꝙ es non fit statua inquātuz es. ꝓz: qz tunc es posset fieri statua quando esset statua. Ex hoc concludit phi. ꝙ si essent simpliciter idem es: ⁊ potentia statua: ita ꝙ non haberent diuersas rōnes: tunc sicut es fit statua inquātuz ē in potentia statua: sic etiam es fieret statua inquātum es: sed ex quo habēt diuersas rōnes: ideo vna est vera ⁊ reliqua falsa. T. Manifestum est. Hic p. ostēdit duabus rationibus ꝙ ista duo scz es: ⁊ potentia statua habent diuersas rationes. Quarum ꝑma est: si illa

Diffinitio motus formalis

Primuz correlarium

Scōm correlarium

Oīne mouens phisicū in mouendo mouet

habeꝛent eandē rōnē hoc esset:qꝛ de seinuicē veꝛe pdicātur:t de eodē:sed ꝑ nō sufficit: igitur nō hñt eandez rōnem. Minoꝛē ꝓbat sic p.qꝛ posse sanari t posse languere distīguūtur rōne:t tñ pñt de seinuicē t de eodem vere ꝑdicari:igit minoꝛ xa. Maioꝛ hui⁹ ꝓbatio nis minoꝛis ptz:qꝛ si posse sanari t posse lāguere non distinguerētur rōne:seqꝛet q vnū t idē simul esset sanū t lāguidū:siue q sanū t lāguidū vni t eidē simul t semel copulatiue ꝓuenire possent:mediāte ꝑ xbo est nō sumpto cū aliquo ꝗpliatiuo:sed ꝑ est falsum:g t illud ex quo seqꝛtur.s.q posse sanari t posse lāguere nō distinguūtur rōne. T. Añ aūt nō est idē. ¶ Scōa rō talis est:qꝛ color t visibile de eodē subiecto t de seinuicē vere ꝑdicātur.t tñ color t visibile distinguuntur rōne:g silr lz es t potētia statua vere ꝑdicent de eodē tñ nō sunt idē rōne. Ex dictis ꝓcludit p. q mot⁹ ē act⁹ entis in potētia ſm q in potētia. T. A quidē igitur est. ¶ Hic p.,ꝓbat totā diffinitionē esse sufficiētem dū dupliꝛ. Prīo sic:qꝛ mot⁹ est illud quo pñte mobile mouetur t nō prī⁹ neq posteri⁹:sed mobile mouetur quā do sibi ꝓuenit act⁹ entis i potētia ſm q i potētia:t nō prī⁹ nec posteri⁹:g mot⁹ ē act⁹ entis in potētia.ſm q i potētia T. A aūt. ¶ Scōa rō ē:qꝛ vel dicta diffinitio ē sufficiēs vel aliq eaꝝ q danť ab antiq̄s:sz nulla earum q̄ datur ab antiq̄s est sufficiēs:g ista videť eē sufficiēs. A aūt nulla alia sit sufficiēs ꝓbat sic p.qꝛ aliq̄ antiq̄ dixerūt q mot⁹ ē alteritas ineqlitas siue nō ens sed alicubi est alteritas inequalitas siue non ens:vbi nō est mot⁹:igr. Etiā mot⁹ nō dz magis describi p hec q̄ p sua oppositā:igitur. Añ ex eo dixerūt antiq̄ motū esse alteritatē:inequalitatē:vel non ens:qꝛ ipi posuerunt indeteꝛmiata in coꝛdiatōe ꝓtionum:t mot⁹ ſm eos est qōdam indeteꝛmiatū:g mot⁹ est in coꝛdinatōe ꝓtionū. Añ illa ve cā dicūt motū esse qōdā indeteꝛmiatū:qꝛ mot⁹ nec est de nūero eoꝝ q̄ sunt i potentia:nec de nūero eoꝝ q̄ sūt in actu ꝓpleto t pfecto: et nō ꝑceperūt mediū inter illa duo nō dixerūt motum esse indeteꝛmiatū t nō ens. T. Et mot⁹ qdē. ¶ Hic p. soluit rōnes antiquoꝝ di.q mot⁹ est qdā actus iperfectus:cui⁹ cām assignat p.qꝛ illud qō mouetur est iperfectū t in potētia ad aliud:igr mot⁹ est act⁹ iperfect⁹ Ex isto infert p.q difficile est accipe qd sit mot⁹. ¶ Aliter ꝓbat sic p.q mot⁹ sit actus iperfectus: qꝛ vel motus est pura ꝓtio sic.ſ.q nihil entitatis dicat: vl est actus pfect⁹:vel est actus iperfectus: sz duo prīa nō sunt dicēda:g seqꝛtur q mot⁹ est actus imperfectus.

Mouetur autem et mouens.

¶ Hec est scōa ps huius capituli in qua p. ingrit diffinitōem materialē motus. Et prīo ondit q oē mouens phīsicū mouetur tribus rōnibus. Quaꝝ prīa est: quia ille cui accidit eē in potētia ꝓtingit moueri: sed mouēti phīsico accidit esse in potētia: g ꝓtingit mouēs phīsicū moueri. T. Et cui⁹. ¶ Scōa rō est: illi accidit motus cuius īmobilitas est q̄es vel pōt esse: sed mouēti accidit q īmobilitas eius sit q̄es: g cōtingit mouens moueri. Maioꝛ ptz:qꝛ q̄es est ꝓtio mot⁹: mō prīuatiue opposita habent fieri circa idem. T. Adhuc aūt agere. ¶ Tertia rō est:illi accidit moueri qō tangitur a mobili habēte formā ꝓtriā forme ipsius agētis:sed mouēs tāgitur a mobili habēte formā ꝓtriā forme ipius agētis:g mouēs mouetur. T. Añ mot⁹ actus. ¶ Hic p.ponit diffinitōem materialē motus dicq motus est actus mobilis inquātū mobile: pz qꝛ motus est act⁹ mouētis ſm q mouēs: vel actus mobilis ſm q mobile:sed mot⁹ nō est actus mouētis ſm q mouens:saltē tanq̄ subiecti:g est act⁹ mobilis ſm q mobile. Et vocat cōmentaꝛ hāc diffinitionē materialē: quia ꝑ ipam magis determiate exprimitur illud quod mouetur q̄ ꝑ primā:nō ista vocatur materialis.

Color t visibile distinguuntur rōne.

Quō antiqui diffinieꝛt motum.

Motiuū antiquoꝝum.

Solutō eiusd

Diffinitio motus materialis

Dubium autem manifestum.

¶ Istud est tertiū capitulū huius tractat⁹ in quo ꝓmouet quasdā dubitatiōes. Et diuidit in tres partes ſm q sunt tres dubitatōes. ¶ Prima dubitatio quaz remouet est ista:in quo est mot⁹ subiectīe. ¶ Ad istud dubiū rndet p.q mot⁹ est subiectīe in mobili. Probat sic p.qꝛ mot⁹ est act⁹ mobilis q̄ fit a mouēte i mobili: ergo motus nō est subiectiue in mouēte: sed in mobili. Nō dz intelligi:mot⁹ est in mobili subiectiue p predicationē denoiatiuā:vel p realē inherentiā. T. Adhuc aūt. ¶ Hec est scōa ps hui⁹ ca.in q̄ remouet scōaz dubitationē q̄ talis est. Utrū idē sit actus ipsius mobilis t ipsius mouētis. ¶ Ad hāc dubitatōez rndet p.q sic:t ꝓbat dupliꝛ. Prīo sic:illa hñt eūdē actū quoꝝ vni ꝓuenit actus in recipiēdo:t alteri in causando: t quorū vnū agit in alterū:sed sic est de mouēte t mobili: g idē est actus mouētis t mobilis. T. Sicut spacium. ¶ Hic p.,ꝓbat istā dubitatōem p simile.qꝛ sicut ē idez spaciū ascēdentis t descēdentis: siue ascēsus t descēsus:ita est vnus actus agētis ad passum: t ecōtra: lz illi actui diuerse rōnes ꝓueniāt:ita q ille act⁹ est agētis vt cause:t patiētis tanq̄ subiecti. T. Habez eñ defectū. ¶ Hec est tertia ps hui⁹ cap. in qua p. remouet tertiā dubitatōem q̄ talis est. Utrū actio t passio sint idē motus:t oꝛitur ista dubitatio ex duob⁹ dictis ¶ Primū dictū est:aliq̄s act⁹ est actiui: t aliq̄s ē act⁹ passiui:t actus actiui vocatur actio:actus xo passiui passio:qō sic ꝓbat p. Illud q̄ est alicui⁹ op⁹ t finis est eius actus:sed actio est op⁹ actiui: t passio passiui:g actio est act⁹ agētis:t passio patiētis. ¶ Scōm dictū est:q actio t passio sunt motus. T. Si quidē alteri. ¶ Hic p.arguit q actio t passio nō sunt diuersi motus sic.si essent diuersi motus:vel ambo essent in agente: vel ambo in patiēte:vel actio in agente:t passio in patiēte:vel ecōtra. Nō pōt dici quartū: qꝛ ꝑ esset equiuoce vt termis.ſ.vocare ipsam passionē actionē:t ipsaz actionē passionē. Nec pōt dici primū mēbrū:qꝛ tūc seqꝛetur q oē mouēs mouereť:qō videť esse falsum. Nec pōt dici scōm ꝓpter duo icōueniētia. Primū est:q prius actus alicui⁹ nō esset in illo cui⁹ est act⁹:qꝛ actō est actus agētis:t tñ esset in patiēte. Scōm icōueniens est q aliq̄ vnū t idē simul t semel mouereť diuersis motib⁹ ad vnā t eandē formā ſm spēm. Nec pōt dici tertiū:qꝛ cū actio sit mot⁹:seqꝛetur q vnū t idē essz mouēs t mouereť:vel q hñs motū nō mouereť. T. Sed vn⁹ erit act⁹. ¶ Hic p.ostēdit q actio t passio nō sunt vnus mot⁹:qꝛ si sic seqꝛetur tria icōueniētia. Primū est:q diuersoꝝ ſm spēm esset vn⁹ t idez actus:qō videtur icōueniēs. Scōm icōueniēs. si doctio t doctrina essent idē:tūc idē esset docēs t addiscēs:agens et patiēs:qō videtur eē falsum. Tertiū icōueniēs ē: q quicūq̄ ageret pateret:t quicūq̄ doceret addiscerz qō videtur esse falsum:igr. T. At neq̄ alteri⁹ actus ¶ Hic p. soluit dictā dubitatōem:t prīo soluit icōuenientia adducta ad ꝑ q actio t passio nō sunt diuersi motus:dicens q nō est icōueniens:q sit vn⁹ t idem actus qui sit actio t passio ꝑductus ab agente:t receptus in patiente. ¶ Et ad primā ꝓbatōem istius dicitur:q nō est icōueniēs q actus vnius tanq̄ illius a quo ꝓducatur:nō sit in illo a quo ꝑducitur:sed eēt icōueniens q actus alicuius tanq̄ subiecti nō sit in illo cuius est actus. ¶ Ad scōam simili dicitur:q actō et passio nō sunt duo motus:sed sunt vnus t idē. T Neq̄ vnum duobus. ¶ Hic,phūs soluit inconuenientia que adducebantur ad ꝓbanduz q actio t passio

Prima dubitatio cum solutione.

Dubitatio .ii.

Solutio.

Dubitatio.iii.

Arguit ad ptem affirmatiuam.

Arguitur ad ptē negatiuā

Solutio.

nō sunt vnus motus. ¶ Ad primū dr: q nō est incōueniens: q diuersoꝝ fm spēm est vnus t idē actus: cui tñ actui ꝓuenunt diuerse rōnes. ¶ Ad aliud dr negādo ꝓñaz. Unde lz doctio t doctrina vni t eidē rei ꝓueniāt tñ habēt diuersas rōnes. Et istud dicit p. subdistis ver bis: q doctio cū doctrina: t actio cū passione nō sunt ꝓprie idē: sed cui insunt hec mot⁹ est: qō nihil aliud ē dicere: nisi q actio t passio habēt diuersas rōnes: t tñ ꝓueniūt motui q̄ est vn⁹: ita q motus fm vnā rōnem dr actio: t fm aliā rōnem dr passio. ¶ Ad tertiū inconueniens dr negādo ꝓñam: q actio t passio nō important nisi formam siue rez ꝓductā: sed agere t pati importāt subiecta. T. Quid quidem igitur sit motus. ¶ Hic p. recapitulat illa que prius dicta sunt dicēs. q ex prius dictis patet qd sit motus in vli: t ex hoc pōt patere diffinitio motus in spāli fm diuersas eius species: vt alteratiē est actus alterabilis ꝺz q alterabile ¶ Etiā motus pōt aliter describi: q motus est actus actiui t passiui existētis in potētia inq̄tū hmōi. Et similiter pōt dici de alijs motibus in speciali.

Queritur Ūtrum ignorato motu necesse sit ignorare naturā.

¶ Et videt q nō: q̄ si sic sequeretur q ordo p. nō valeret ponēdo scōm librū ante tertium. Cōsequentia tz: q̄ in scōo huj⁹ ponit diffinitōem nature: t in tertio ponit diffinitiōem motus qō deberet ecōuerso esse si dicta ꝓpositio esset vera. ¶ Scōo sic. si ignorarek iste motus nō esset ncē ignorare naturā: ḡ si ignoraretur motus nō est necesse ignorare naturam. ¶ Tertio sic ignorato motu scitur natura: ḡ ignorato motu nō necesse est ignorare naturā. Añs pz: q̄ multi sciūt diffinitōem nature: t tñ ignorāt diffinitionem motus. ¶ Quarto sic. ꝺcept⁹ nature t ꝺcept⁹ motus realiter distinguūtur: ḡ stat aliquē hr̄e ꝺceptū nature: t q tñ nō habeat ꝺceptū motus: ꝓña tz: q̄ illa q̄ sunt distincta realiter t essentialr: t vnū nō est ps alterius: nec cōcāt in aliquo tertio: possunt separi abinicē: t sepatī ꝓseruari. ¶ Quinto sic. natura t motus plus differūt q̄ hō t asinus: ḡ motus nō pōt nos ducere in cognitōem nature: t p ꝓñs nō est ncē ignorato motu ignorare naturā. Añs ptz: q̄ natura t mot⁹ differūt sicut substātia t accidēs: sed hō t asinus solū differūt spē: igitur. ¶ Sexto sic. natura pōt cognosci sine motu: ḡ ignorato motu nō est necesse ignorare naturā. Añs ptz: q̄ sicut se hz res ad esse ita se hz ad cognosci: sed natura prius hz eē q̄ motus: ḡ natura prius cognoscitur q̄ motus. ¶ Septio sic. ignorato effectu nō est necesse cām illius effectus ignorare: igr ignorato motu nō est necesse ignorare naturā. Añs pz: quia multe cause a nobis cognoscūtur: quarū effect⁹ a nobis nō cognoscuntur. ¶ Octauo sic. natura est notior motu: igr nō cognoscit p motū: t p ꝓñs nō est necesse ignorato motu ignorare naturā. Añs ptz: q̄ oīs cā ē notior suo effectu: sed natura est cā: t motus est effectus: igr. ¶ Nono sic. motus est ens in ꝓtinuo fieri: et fluxu: ḡ nō inducit cognitōem pmanentis cuiusmodi est natura. Cōsequentia ptz: q̄ pmanentia t successiua opponūtur: siue disparate se habent: mōvnū dispatorum non ducit in cognitionem alterius per se: licet forte bene per accidens.

In oppositum est p. tradens nobis illam ꝓpositionem.

¶ Pro solutione questionis est

Sciendū est q in titulo questionis non est sermo de notitia diuina: q̄ tunc ista ꝓpositio mot⁹ ignoratur esset simpliciter impossibilis: cum illa valet ista motus a nullo cognoscitur: t per ꝓñs a deo nō cognoscitur: quod est falsum: t impossibile: ḡ t illud ex quo sequitur. s. q motus ignoraret. Etiā ad illam sequitur ista modalis composita: naturam ignorare est necesse et sua opposita cum ad impossibile sequitur quodlibz Sed hic est sermo de notitia humana: t tunc titulus questionis potest esse vna modalis cōpositā: vel vna cōditionalis: cuius cōsequens est modalis composita siue modalis diuisa. Si titulus questionis sit vna modalis composita: hoc potest dupliciter contingere: fm q ille ablatiuus motu pōt poni post illud participiuz ignorato: ita q distribuatur t appellet suam rationez formalem: t tunc sensus questionis est iste. Hec ꝓpositio est necessaria: si ab homine ignoratur motus: ab homine ignoratur natura: t iste sensus est verus: cum ista cōditionalis sit bona cōsequentia. Si aliq̄s ignorat motum: aliquis ignorat naturam: cum ex oppositō contradictorio consequentis: sequatur oppositum cōtradictorium antecedētis. s. aliquis cognoscit naturam: ergo aliquis cognoscit motuz vt ptz ex diffinitione nature: ergo illa conditionalis est necessaria. Alio modo potest cōtingere q̄ ille terminus motu pōnatur illi participio ignorato: ita q nō distribuatur nec appellet suaz rōnem formalem: tunc sensus ē iste. Hec est necessaria: si aliquis motum ignoret: aliquis ignorat naturam: t tunc antecedēs illius ꝺditionalis pōt habere duos sensus. Unus est iste. Si aliquis de aliquo motu nullam habet cognitionem siue nullum conceptum: tunc etiā de natura nullū habet cōceptū: et illa est vera: ex quo est vna cōditionalis que est bona ꝓña. t per cōsequens est necessaria. Alius sensus ē iste: si aliquis motum ignorat: hoc est si aliquis conceptum de motu nō habet: ignorat naturam: t tunc illa est falsa: cum sensus eius est: hec est necessaria. Si aliquis de motu conceptum nō habeat aliquis ignorat naturam quod est falsum. Si vero titulus questionis est vna cōditionalis: cuius cōsequens est modalis cōposita vel modalis diuisa: hoc cōtingit dupliciter: fm q antecedens pōt habere duos sensus. Unus sensus est iste. si a nullo cognoscatur motus tc. t tunc illa ꝓpositio est vera. s. si a nullo cognoscatur motus hec est necessaria natura ignoratur: vel aliquē necesse ē ignorare naturam: cum antecedens illius cōditionalis sit impossibile. Alius sensus antecedentis pōt esse iste. si ab aliquo homīe ignoratur motus: hec est necessaria ab aliquo ignoratur natura: vel aliquē necesse ē ignorare naturam: t illa est falsa: cum est vna conditionalis que est mala cōsequentia: cuius antecedens est ꝓpositio mere cōtingens: t cōsequens ꝓpositio falsa et impossibilis. Isto notato sit

Conclusio respōsiua: necesse est si aliquis homo ignorat motum q ipse ignorat naturam.

Patz: q̄ ista ꝺditionalis est bona ꝓña: si aliquis homo ignorat motum ille ignorat naturam: saltem diffinitiue: cū bene sequitur: aliquis cognoscit naturam diffinitiue: ergo cognoscit motum: hoc est habet cōceptū qui exprimitur per illum terminū motus: cum non est possibile aliquem habere conceptum diffinitiuuz nature: quin habeat conceptum motus: cum conceptus motus sit pars conceptus diffinitiui ipsius nature.

Dubitatur Ūtrum motus sit res successiua a qualibet re permanente distincta.

¶ Et videtur q sic: quia motus est quidam fluxus: sed res permanens nō est quidam fluxus: ergo motus distinguitur a re pmanente. ¶ Secundo sic: motus est successiuus: sed res pmanens non est successiua: igitur motus distinguitur a re permanente. ¶ Tertio sic. res permanens potest esse sine motu: sed motus nō potest esse sine motu: igitur motus distinguitur a re permanente. ¶ Quarto sic. motus non est per se in genere: sed reductiue: sed

res permanens est per se in genere: ergo motus distinguitur a re permanente. ¶ Quinto sic. motus est quātus ⁊ nō ẽntitate rei permanẽtis: cum nō hz ẽntitatem permanentẽ: sed successiuā: igitur motus nō est res pmanens. ¶ Sexto sic. partibus motus repugnat esse simul: sed ꝫ nō repugnat partibus rerū pmanentium: igitur. ¶ Septimo sic: nullus mot⁹ pōt esse in instanti⁹ sed oīs res pmanēs est instāti: igr mot⁹ distinguitur a re pmanēte ¶ Octauo sic. oīs via ad aliquē terminus distinguitur ab illo termio ad quē: sed mot⁹ est via ad rem pmanentē: vt dicit ꝓmētator ārto metaphisice: ā motus distinguit̄ a re pmanēte. ¶ In oppositū arguit̄ frustra fit ꝑ plura qō eque bñ pōt fieri vel saluari per pauciora: sed oīa q̄ dicunt̄ de motu possunt eque bene saluari nō ponēdo motū distinctū a re permanēte: sicut ponēdo motū distinctū: ā frustra poneretur motus distinctus a re pmanēte. ¶ Ad istud dubiū rident aliqui: q̄ mot⁹ formal̄ accipiēdo motū. ſ. ꝑ fluxu forme: est res successiua a q̄libet re pmanēte distincta. Dicūt ẽm q̄ mot⁹ aliq̄n accipit̄ ꝑ forma fluēte: siue ꝑ forma que successiue acq̄ritur in mobili. Et aliq̄n accipit̄ pro fluxu illius forme: q̄ quidē flux⁹ causat̄ a mouēte in mobili: tanq̄ in subiecto. Et a tali fluxu siue entitate successiua: denominatur mobile formaliter moueri: ⁊ mouens mouere. Et ista res est talis nature: q̄ nulla hz ꝑtem in esse pmanēte: sed solū in esse successiuo vnam post aliā: sic scz q̄ q̄n vna ps desinit ee: alia ps incipit esse: sine tpe intermedio: ⁊ sic in pūcto nūc nulla ps motus est: sed tm̄ aliq̄d ipsi⁹ mot⁹ est. ſ. mutatū ee: oō ſm eos est oō dare idiuisibile: qō est principiū ẽntiale ipsius mot⁹. Vñ ſm istos sicut de tpe nō habem⁹ nisi nūc: qō est oō dā idiuisibile: ⁊ principiū ẽntiale ipsius tpis: ita cōtinuatiuū ptū tpis ad quē: oō est finis ꝑteriti et initiū futuri: ⁊ ꝑ tāto dr̄ tēpus esse: q; nūc est. Sic imaginātur de motu: q̄ nō habem⁹ nisi mutatū ee: oō est cōtinuatiuū ptū mot⁹: ⁊ est finis ꝑteriti: ⁊ initiū futuri: ⁊ ꝑ tāto dr̄ mot⁹ esse: q; mutatū esse est. Et hz sufficit in entib⁹ successiuis ad hoc q̄ talia sint. Isti mouentes rōnib⁹ ante oppositū factis. ¶ Alia est opinio cōtraria isti: tenens q̄ mot⁹ nō est res successiua a qualibet re pmanēte: vel rebus pmanentib⁹ distincta: sed est forma que nō tota simul acq̄ritur in mobili: sed successiue. ſ. ps post ptem. Aut iō mobile oō successiue aliter ⁊ aliter se hz ſm suas ptes in ordine ad totum: vel ad locum: modo manifestum est q̄ omis talis est res permanens. quare est

Opinio prīa

Opinio scda.

Conclusio responsiua ad quesitū. Nullus motus est res successiua a qualibet re permanēte distincta. Patet prīo: q; si mot⁹ esset res successiua a qualibet pmanēte distincta: sequerek q̄ esset ponenda multitudo entium successiuorum non facientium vnū actu infinita: cōsequēs est falsum: igitur ⁊ añs. Consequentia patet: quia talis entitas successiua produceretur i mobili: non in instanti: sed successiue: ⁊ per consequēs acquireretur per motū: ⁊ iterum ille motus per alium et sic in infinitum. Q; autem talis entitas non acquiritur in instāti: sed successiue: patet: quia illa entitas fit in tempore ⁊ pars post partem: ergo non acquirit̄ talis entitas in instāti: sed successiue. ¶ Secundo sic. illa entitas successiua ex quo esset distincta ab alia re que acquiritur: nec est intrinseca illi nec communicat cum ea in aliqua parte: potest separari ab illa re que acquiritur: ⁊ per consequens aliquod mobile posset successiue acq̄rere aliquid sine tali entitate ⁊ sine motu: puta ipsum mobile quod successiue acquirit aliq̄d moueretur sine motu: quod est impossibile ꝫ illos: q; tunc aliquid moueretur: ⁊ tamen nō esset in eo illa entitas que diceretur motus. Ex quo patet: q; nō est necesse ponere illam entitatem successiuam a rebus permanentibus distinctam. ¶ Tertio sic. si sic tunc mot⁹ non esset actus entis in potentia scōm q; in potentia: cuius oppositum dicit philosophus tertio phisicorum: ergo motus non distinguitur a re permanente. Consequentia patet: quia nec pars preterita est actus mobilis: cum ipsa non sit: sed fuit. Non etiam pars futura: cum ipsa non est: sed ent: ⁊ non sunt plures partes ipsius motus nisi preteritum ⁊ futurum: igitur mot⁹ non esset actus entis in potentia scōm q; in potentia. Nec potest dici q; ideo motus dicitur esse actus entis in potentia: quia mutatum esse: est actus mobilis. Patet: quia ipsum mutatum esse: ſm istos est quoddam indiuisibile: ⁊ est in instanti: ⁊ per consequens nō est motus. Nec motus dicitur esse quando mutatum esse est: igitur motus nō ex eo dicitur esse: quia mutatum esse est. ¶ Quarto sic. si sic sequeretur q; esset aliq̄ res extra animā cōposita ex partibus quarum nulla pōt esse in rerum natura: ⁊ per cōsequens essz cōposita ex impossibilibus cōponi: quod nullus sane mentis concederet. Consequētia patet: quia ſm istos quelibz ps motus est preterita vel futura: ⁊ neutrum illorum pōt esse. Minor ptz. Nam si pars preterita posset esse: vel potest esse prescise preterita sicut nunc est: vel pōt eē ipso nunc existēre presente: vel potest esse futura. Nō primū: quia quod est perfecte preteritum: nunc nō est. Etiam scōm istos de illa parte preterita: verum erat dicere q; fuit: ⁊ tamen de illa nunq̄ erat verum dicere q; est: quod est contra veram doctrinam logicalē. Nec potest dici scōm: quia quod est preteritum non potest naturaliter esse presens. Nec potest dici tertiuz: quia quod est preteritum non potest esse naturaliter futurum. Et sicut dictum est de parte preterita: ita dicendum est de parte futura. ¶ Ad hoc forte diceretur: q; licet ad esse rerum permanentium requiritur coexistētia partium: nō tamen ad esse rerum successiuaruz: ſz sufficit ordo ⁊ cōtinuitas partium: ita q; pars futura cōtinuetur parti preterite mediante mutato esse presenti ⁊ existenti. ¶ Sed contra hoc arguitur: quia totum est omnia illa quorum quodlibet est pars eius: igitur impossibile est q; aliquod totum sit: nisi quelibz pars eius sit. ¶ Etiaz que nō sunt nec possunt esse: nō sibi inuicē succedūt: nec ad vnum sequitur reliquum: sed sic est de partibus temporis: quia ille non sunt: vt notum est: nec possunt esse: quia preteritum non pōt esse: pars etiam futura motus non potest esse: q; nūq̄ in presenti habetur de motu nisi mutatum esse: quod non est motus: sed solum est cōtinuatiuum partiū motus ¶ Ultimo arguitur sic. Si sic sequeretur q; motus fieret in instāti: vel q; plures partes motus essent simul in eodem: sed vtrūq; eorum reputatur impossibile a parte opposita: ergo antecedens est impossibile. Consequētia patet: quia omnis motus est in mobili: aut ergo est in eo in instāti: aut in tempore: si in instāti solum: sequitur q; motus fit in instanti: si in tempore: ergo illa pars motus que per aliquod tempus est in mobili est cum illa parte motus que acquiritur in illo tempore: ergo plures partes motus sunt simul.

¶ Ad rationes dubij ante oppositum. ¶ Ad primā dicitur distinguendo maiorem: vel capiendo eam in sensu ꝓprio: ⁊ sic cōceditur. Sensus proprius est iste: q; motus est quedā entitas successiua que est in continuo fieri: ⁊ ille sensus est falsus. Sensus vero improprius est iste: q; quādo aliquod mobile mouetur successiue acquiritur aliquid: vel successiue aliter ⁊ aliter se habet in ordīe ad aliquid aliud: ⁊ ille sensus est verus. ¶ Ad secundam

dicitur similiter distinguendo maiorem: quia vn⁹ sensus eius est iste. q motus est res successiua distincta a re permanente: ⁊ sic negatur maior. Alius sensus est iste. q quando aliquid mouetur: mouetur successiue: ⁊ sic maior est vera: sed cōsequentia non valet. ¶ Ad tertiam dicitur distinguēdo minorem: vel capiendo eam in sensu diuiso: ⁊ sic negatur minor: vel in sensu composito: ⁊ sic conceditur minor. sed cōsequentia nō valet. Ad quartam dicitur negādo antecedens. Ūñ illa res que significatur per motum: est in aliquo predicamento per se tanꝫ significatum: ⁊ ille terminus motus passiue sumptus est in predicamento passionis.

¶ Ad quintaz dicitur q dupliciter pōt intelligi: q motus nō habet q̄titatem permanentē: sed successiuam Uno mō q illa res que mouetur nō habet q̄titatē permanentē: ⁊ sic negatur. Alio mō q illa res que per motum acquiritur: nō acquiritur tota simul sed successiue: ⁊ sic cōceditur: sed ꝓpter hoc nō sequitur q distinguatur a re permanēte. Unde si motus capiatur ꝓ ipso mobili quod cōtinue mouetur: siue aliter ⁊ aliter se habet: tunc ipse motus est res permanēs: sed si capiatur motus pro forma que fit siue acquiritur: tunc motus non distinguitur a re permanente: nec etiā est res permanens: sed erit res permanens. ¶ Et si dicatur q illa cōceditur: motus est: ergo vel est res permanens vel successiua. Dicitur q illa cōceditur loco istius: mobile mouetur: ⁊ non loco istius forma que fit est. Unde licet aliquid forme que fit sit: tamē illa forma que fit non est. ¶ Ad sextā dicitur distinguēdo maiorez: q illa habet duos sensus. Unus sensus est iste: q mobile q̄ mouetur nō acquirit: vel deperdit totū simul: et sic cōceditur maior. Alius sensus est iste. q illud quod mouetur: vel acquirit: vel q̄ fit nō pōt habere suas ptes simul: ⁊ sic negaꝫ. ¶ Ad septimā dr̄ distinguendo maiorē: quia illa habet etiam duos sensus. Unus est iste: mobile non pōt mouen in instāti: ⁊ sic cōceditur. Alius sensus ē iste: q nulla res que mouetur: vel nulla res que fit pōt esse in instanti: ⁊ sic negatur. ¶ Ad octauam dicitur distinguendo minorem: quia illa habet sensum duplicem. Unus est iste. q motus est quedam entitas distincta a termino a quo: ⁊ a termio ad quē a mobili: ⁊ ab illo quod acquiritur: mediante qua mobile acquirit terminū ad quem: ⁊ sic negatur minor. Alius sensus ēst iste: q q̄ mobile mouetur successiue acquirit terminum ad quē: ⁊ sic cōceditur.

Dubitatur scōo Utrum mutatio subita et instantanea distinguatur a re permanente.

¶ Et videꝫ q sic. q cōiter dicitur q mutatio subita ē indiuisibilis et inextensa: sed res permanens mobilis est extensa et diuisibilis: ergo mutatio subita distinguitur a re pmanente. ¶ Scōo sic. per mutatōem subitā acquiritur forma: sed p rem pmanentē nō acq̄rtur forma: igitur mutatio subita distinguitur a re pmanēte ¶ Tertio sic mutatio subita fit in instāti ⁊ nō in tēpore: cum p hoc distinguitur a motu: sed res permanēs nō est solum in instanti: sed etiam in tēpore: igitur. ¶ Quarto sic. mutatio cessat esse quando res desinit mutari: sed nulla res permanens cessat esse q̄n res desinit mutari: igiꝫ. ¶ In oppositum arguitur: quia si sic seq̄retur q infinite res totaliter distincte ꝼm se in motu essent destructe ⁊ corrupte: sed hoc est falsum: igitur. Cōsequentia pz: q in quolibet tēpore sunt infinita instātia: an quorum quolibet mobile habet aliquid quod pr⁹ nō habuit: vel nō habet illud q̄ prius habuit: ⁊ per consequēs sunt infinite mutationes: ⁊ si tales mutationes essent tales res distincte a reb⁹ pmanentib⁹: tūc eēnt infinite res generate ⁊ corrupte in motu. ¶ Ad dubiū istud dicunt quidam: q mutatio est quedam res distincta a re permanente: non durans nili per instans: ꝼm quā aliquid dicitur mutari: que nec est illud quod mutatur: nec illud q̄ acq̄rtur vel deperditur per ipsam mutationem. Contra istos ponitur talis. ¶ Conclusio responsiua ad dubium. Nulla mutatio est res distincta a re permanente. Patet: quia si distingueretur illa produceretur per aliam mutationem: ⁊ illa iterum p aliā et sic in infinitum: ⁊ per cōsequens infinite entitates non faciētes vnū: essent simul ⁊ semel in eodez: quod est incōuenies. ¶ Scōo sic. Si illa mutatio subita esset quedam entitas distincta (vt quidam dicunt) vel illa entitas esset simul genita ⁊ corrupta: vel primo genita ⁊ postea corrupta. Non primū: quia tunc simul esset ⁊ non esset: quod est impossibile. Nec illud quod est genitum est: ⁊ illud q̄ est corruptum non est. Nec potest dici scōm: quia tunc illa mutatio esset temporalis ⁊ non subita: cum inter instans in quo esset genita ⁊ instans in quo esset corrupta esset tempus medium per quod duraret illa entitas subita. ¶ Ad rationes dubij. Ad primā dicitur distinguendo maiorez: q illa habet duos sensus. Unus est iste. q illa res q̄ mutatur quando mutatur acquirit vel deperdit totum simul: ⁊ nō partem post partem: ⁊ sic cōceditur maior. ⁊ negatur cōsequētia. Alius sensus est iste: q illa res q̄ mutatur subito vel acquiritur siue deperditur est indiuisibilis ⁊ inextensa: ⁊ sic negatur. ¶ Ad scdam dicit distinguendo maiorem: quia vnus sensus est. q p mutationem hoc est per aliquam entitatē que non erit forma que acquiritur: vel forma que deperditur: nec est illud quod mutatur: acquiritur ipsa forma: ⁊ sic negatur. Alius sensus est. q per hoc q mobile mutatur acquiritur forma in mobili: ⁊ sic cōceditur maior. ⁊ negatur cōsequentia: cum ibi sit fallacia amphibologie. ¶ Ad tertiam dicitur distinguendo maiorem: vel capiendo eam in sensu proprio: ⁊ sic negatur: vel in sensu improprio. ⁊ sic cōceditur: ⁊ negatur cōsequentia. Sēsus proprius maioris est iste. q illa entitas que est mutatio ⁊ nō est res q̄ mutatur: nec q̄ acquiritur vel deperditur est in instāti: ⁊ iste sensus est falsus. Sensus impropriꝰ est iste: mobile mutatur in instanti: ita q aliquid acquirit vel deperdit totum simul: non ꝼm aliq̄d prius ⁊ aliud posterius. Ex quo patet quid sit mutari in instanti. ¶ Ad quartam dicitur similiter distinguendo maiorem: vel capiendo eam in sensu proprio: ⁊ sic negatur. vel in sensu improprio: ⁊ sic cōceditur: sed negatur cōsequentia. Sensus vero proprius est iste. q illa res q̄ est mutatio: ⁊ nō est illud q̄ acq̄rtur vel deperditur: nec illud quod mutatur cessat esse quādo res desinit mutari: ⁊ iste sensus est falsus: cum talis res nec vnq̄ fuit nec est. Alius sensus est iste: q tunc mobile cessat mutari: quando ipsum cessat acquirere subito: et ille sensus est verus.

Ad rationes questionis.

¶ Ad primā dicitur negādo ꝓñaz: q phūs seruat ordinē nature ⁊ non ordinē doctrine. Ordo aūt nature est a priori: ordo autem doctrine vt in plurib⁹ a posteriori. ¶ Ad scdaz dr̄ distinguēdo añs: q dupliꝫ pōt itelligi q ignoretur iste motus. Uno modo ꝼm cōceptum singularem: ⁊ sic conceditur antecedens: licet ille non sit proprius sensus illius propositionis. Alio modo q ignoretur iste motus ꝼm ꝓceptū q̄ exprimitur p illud ꝓplexū iste motus et sic negatur añs. Nam si nullus cōceptus habeatur de motu: tunc non habetur conceptus qui exprimitur per illum terminum motus: et per consequens nō posset cognosci natura diffinitiue. ¶ Ad tertiam dicitur q licet aliqui sciant incomplete diffinitionem

nature:non habendo diffinitionem motus: non tamē sciunt diffinitionem nature complete siue scientifice. Aliter dicitur cōcedendo antecedēs ꝛ negando consequentiam:quia ad hoc ꝙ natura cognoscatur nō opꝛ habere diffinitionē motus siue cognoscere motū diffinitiue:sed sufficit cognoscere motum ſm cōceptum q̄ exprimitur per illum terminum motus. ¶ Ad quartam dicitur cōcedendo antecedēs:ꝛ similiter pmā ꝓnam: sed negatur vltima cōsequentia:quia ille qui habꝫ cōceptum qui exprimitur per illū terminū natura:habꝫ conceptum motum cōnotantem:licet non habeat cōceptum qui exprimitur per illū terminū motus. Etiā philosophus non vult dicere:ꝙ nullus potest habere conceptum q̄ exprimitur per illum terminum naturam nisi habeat conceptum q̄ exprimitur per illum terminum motus:sed vult dicere ꝙ nullus potest cognoscere naturam diffinitiue siue habere cōceptuꝫ diffinitionis nature:quin habeat cōceptum qui exprimitur per illum terminum motus. ¶ Ad quintam dicitur ꝙ licꝫ homo ꝛ asinus plus cōueniant cōuenientia naturali: tamen alia ꝛ maior est cōuenientia inter motum ꝛ naturam:loquendo de cōuenientia cognitionis ꝛ representationis. Etiam consequentia non valet: quia homo ꝛ asinus non se habent sicut causa ꝛ effectꝰ: sicut natura ꝛ motus. ¶ Ad sextam dicitur negando antecedens. Et ad probationeꝫ eius dicitur:ꝙ licet res sic se habeat ad cognosci a priori sicut se habet ad eē:nō tamē ad cognosci a posteriori:imo a posteriori res cognoscitur ex cognitionibus rerum siue effectuuꝫ sine quibus potest esse. ¶ Ad septimā dicitur negando antecedens. Et ad probationeꝫ eius dicitur ꝙ licet multe res que sunt cause cognoscantur secundū aliquos conceptus: ꝙ tamē ille res q̄ sunt effectus nō cognoscantur scōm aliquos cōceptus:tamē nunꝙ cognoscū tur ille res scōm cōceptū diffinitionis cause quin etiā cognoscantur effectus. ¶ Ad octauam dicitur:ꝙ licet causa sit notior suo effectu a priori:non tamē a posteriori. ¶ Ad vltimam dicitur distinguendo antecedēs: vel capiēdo ipsum in sensu proprio:ꝛ sic negatur: vel capiendo ipsum in sensu improprio:ꝛ sic conceditur. sed negatur consequentia Sensus proprius est iste: illa entitas que est motus est ens successiuum:cuius esse est suum fieri:ꝛ iste sensus est falsus. Sensus improprius est iste:ꝙ quando mobile mouetur:mouetur successiue acquirendo vel deperdendo primo aliq̄d et postea aliud:ꝛ iste sensus est verus.

Quærtur Utrū ad alterationem proprie dictam requiritur fluxus distinctus ab alterabili:ꝛ a q̄litate scōm quam aliquid dicitur alterari. ¶ Et videt ꝙ sic.quia dicit cōmentator tertio huius ꝙ motus capitur pro forma fluente:ꝛ etiam capitur pro fluxu:ꝛ p formā fluentem ſm quam est motus intelligit qualitatem que successiue acquiritur:ergo per fluxum ītelligit aliquid aliud:puta entitatem successiuam distinctam ab alterabili:ꝛ a qualitate que successiue acquiritur:cum aliter distinctio nulla esset. ¶ Secundo sic. quecūq̄ differunt genere generalissimo nō sunt eadē sed alteratio ꝛ qualitas differunt genere generalissimo:ergo alteratio distinguit a qualitate que successiue acquiritur. Minor patet:qa alteratio est de predicamento actionis vel passionis: quia vt dicit cōmentator:alterare ꝛ alterari sunt agere ꝛ pati: sed forma q̄ acq̄ritur est de ꝓdicamēto q̄litatis:ergo. ¶ Tertio sic. omnis motus est nature successiue ꝛ non permanentis:sed alteratio est motus:ergo est nature successiue et non permanentis:ꝛ per consequens distinguit a q̄litate ꝛ alterabili q̄ sunt res permanentes. ¶ Quarto sic.alteratio fit in tempore:ꝛ est in tempore:ꝛ mensuratur tempore:sed alterabile ꝛ qualitas non mensurantur tempore:ergo alteratio distinguitur a qualitate ꝛ alterabili. ¶ Quinto sic.qualitas ꝛ alterabile erūt quando non erit alteratio:vel ad minus possunt esse: ergo alteratio distinguitur a qualitate ꝛ alterabili. ¶ Sexto sic.terminus differt ab eo cuius est terminꝰ: sed qualitas est terminus alterationis:ergo alteratō differt a qualitate:et cum alterabile sit subiectum alterationis:etiam differt aba lterabili. ¶ Septimo sic. qualitas non est generatio partis post partē:nec etiā alterabile:ergo qualitas ꝛ alterabile non sunt motus et per consequens non sunt alteratio. Antecedēs ꝓꝛ quia nulla generatio est generationis: sed aliqua generatio est ipsius qualitatis:ergo qualitas nō est generatio.similiter alterabile est subiectuꝫ generatōis. ergo nō est generatio. ¶ Octauo sic. ad formā acquirendam est motus siue alteratio:sed ad alterationem non est alteratio:ergo alteratio distinguitur a forma acquirenda. ¶ Nono sic.albefactio est motus siue alteratio:vt dicit cōmentator quinto huius: ꝛ tamen albedo non est motus siue alteratio: ergo alteratio distinguitur a qualitate.

In oppositum arguitur: quia si ad alterationem req̄reretur talis fluxus distinctus a qualitate et alterabili:vel ipse fluxꝰ esset prior ipsa q̄litate vel posterior. Non primū:qꝛ fundamentū est prius eo quod fundatur in ipso:sed qualitas que acq̄ritur esset fundamentū talis fluxus ſm ponētes talē fluxuꝫ: ḡ illa q̄ litas que acq̄ritur esset prior:ꝛ nō ecōtra. Nec pōt dici scōm:qꝛ q̄litas per talē fluxum acq̄ritur ſm ponentes talē fluxum: ꝛ talis fluxus est via ad q̄litatem: et generatio ipsius q̄litatis: modo generatio alicuiꝰ nō pōt esse posterior termino ad quē:ergo talis fluxꝰ non pōt esse posterior ipsa qualitate que acquiritur:

¶ Ad istā dubitationem q̄dam dicūt ꝙ alteratio est q̄ dam entitas successiua:mediante qua acq̄ritur qualitas vel corrūpit de nouo in aliquo subiecto:que q̄dez entitas distinguitur ab illa q̄litate:ꝛ a subiecto quod mutatur ſm illam q̄litatē. Unde dicūt eodem modo:sicut prius dictum est de motu. ¶ Sed cōtra istos ponitur talis Conclusio.alteratio nō distinguitur a re permanente. Ꝓꝛ primo:quia sine aliq̄ re distincta a re permanente potest aliq̄d vere alterari:agitur alteratō nō distinguitur a re permanēte. Añs patꝛ:quia aliq̄ substantia potest nunc habere aliq̄ partē forme quā īmediate ante nō habuit:ꝛ īmediate post habere aliā ptē quā nūc nō habet absq̄ aliqua entitate successiua sibi inherente:ꝛ talis substantia vere alteratur:cum illud dicatur alterari in quo successiue aliqua q̄litas introducitur:ergo sine aliqua re distincta a re permanente pōt aliquid vere alterari. ¶ Scōo sic.si alteratio distingueretur a re permanente:seq̄tur ꝙ aliq̄d alterat vel posset saltem alterari alteratione acq̄sitiua: qō tamē nullā q̄litatē acq̄reret:cōsequēs est falsum ꝛ ipossibile: ergo ꝛ añs. Cōsequētia ꝓꝛ:qꝛ ex quo alteratio distingueretur a q̄litate q̄ fit:pōt esse in subiecto.ſ. in alterabili absq̄ hoc ꝙ forma acq̄rat in alterabili:ꝛ p ꝛ̄s alterabile posset ꝓpetuo alterari alteratione acquisitiua:ꝛ tū nūꝙ acq̄reret aliq̄d:qꝛ deus pōt illā entitatem a qualitate separare:ꝛ separatim conseruare in alterabili. Et sic etiā aliquid posset perpetuo denigrari quod iā de facto album est:ꝛ tū nunꝙ esset nigruꝫ vel minus albuꝫ. Simlr aliqō acq̄reret successiue aliquā q̄litatē qō tū simplr quiesceret:mō oīa ista sunt absurda:ḡ alteratio non distinguit a re permanēte. ¶ Tertio sic.si alteratio non distingueret a re permanente:cū ip-

sa; pcedat de nō esse ad esse: ꝛ pducatur nō in instāti: sed successiue: illa entitas successiua acq̄reretur p aliq̄ motū: ꝛ tūc vel ille motus distinguiē ab illa alteratione: vel nō. Nō pōt dici primū: quia tunc esset pro cessus in ifinitū: ꝛ in alterabili eēt actu multitudo ⁊entium successiuoꝝ nō faciētiū vnū actu ⁊infinita: qō est falsum ꝛ ipossibile: ꝝ ꝛ illud ex quo seq̄tur. Nec pōt dici scōm: qꝛ nō est maior rō q̄re illa entitas successiua nō pducatur p motū ab ipsa distinctū: ꝝ q̄ q̄litas pducatur p motū distinctū ab ipa. ¶ Quarto sic. q̄litas que acq̄ritur est acq̄sitio ptis post partē illius pfectō nis ad quā tēdit motꝰ: ergo ipsa est vere motus ꝛ non alius motꝰ q̄ alteratio: ꝝ q̄litas q̄ acq̄ntur est alteratio. Añs ptz: qꝛ tūc dr̄ q̄litas acq̄ri successiue: qñ prio vna ps acq̄riē ꝛ post alia: sine interruptione tpis: sed pria ⁊ña ptz p locū a diffinitiōe. Cōmētatoꝛ em̄ tertio huius sic diffinit motū acq̄sitiuū: q̄ est generatio ptis post ptem. Item dicit cōmentatoꝛ tertio huius illam opinionem esse verā q̄ dicit: q̄ motꝰ nō differt a perfectione ad quā tendit: nisi fm magis ꝛ minꝰ: ꝛ fm perfectū ꝛ iperfectū. ¶ Possunt etiā adduci eedē rōes: q̄ facte sunt ad pbādū: q̄ motꝰ nō est entitas successiua a q̄libet re pmanēte realr distincta. Ex dictis ptz

Conclusio responsiua ad quesitum. Q̄ ad alteratōem ꝓprie dictā non req̄ritur fluxus distinctꝰ ab alterabili ꝛ q̄litate q̄ acq̄riē: ptz: qꝛ alteratio nō distinguiē a re pmanēte: ꝛ nō ꝛcurrūt alie res pmanētes ad alteratōez nisi alterās alterabile: ꝛ q̄litas q̄ acq̄riē: ꝝ illa alteratio nō distīguiē ab illis: ꝛ a quolibz illoꝝ.

Dubitatur Vtrum qualitas scōm quā est alteratio p se ꝛ ꝓprie dicta acq̄rat tota simul vl' ps post ptem. ¶ Et arguiē prio q̄ tota simul: qꝛ ois forma ẽ in diuisibilis: ꝝ tota simul acq̄riē vel nihil eiꝰ. Añs patz p auctoꝛē sex principioꝝ: sic diffiniētē formā. Forma est cōponi ptingēs simplici ꝛ inuariabili essentia ꝓsistens ¶ Scōo sic. pducēs aliq̄ q̄litatē: nō est magis deteriatum ad pducendū vnū gradū q̄ aliū: vel vnā ptē q̄litatis q̄ aliā: ꝝ tale pducēs: vel pducit simul oēs illos gradus siue partes: ꝛ non vnum gradum prius ꝛ aliū posterius: vel nullū gradū pducit: ⁊ña ptz: quia ex opposito ⁊ñtis sequitur oppositū añtis. Iam bene seq̄tur. pducens priꝰ pducit gradum a q̄ gradū b: ꝝ est magis deteriatū ad pducendū gradū a q̄ gradum b. Añs ptz: qꝛ oēs gradꝰ eiusdē q̄litatis sunt eiusdē rōnis: ꝝ nulla videē eē rō q̄re pducēs plus esset deteriatū ad pducendū vnū gradū q̄ aliū. ¶ Tertio sic. si q̄litas in alteratōe nō acq̄reret tota simul. tūc nō maneret eadē q̄litas essentialiter nec eadē gradualr ī tota alteratōe: ⁊ñs videē esse falsum: ꝝ ꝛ añs. Minoꝛ ptz qꝛ tunc alteratio nō posset dici vnꝰ motꝰ: cū vnꝰ motus sit vna forma q̄ p ipm acquiritur. ¶ Quarto sic. p totā alteratōem manet idem nomē essentiale vnuoce qualitatē q̄ acq̄ritur significās: igitur est vna ꝛ eaꝫ q̄litas in tota alteratōe: ꝛ in q̄libet pte eius. Cōsequētia ptz: qꝛ prio vniuocatōe dz esse correspondētia nois essentialis ꝛ rei significate. ſ. q̄litatis. Añs ptz: qꝛ illō q̄ est acquisitū in principio motus est q̄litas. ꝛ simiꝛ acquisitū in fine motus: ꝛ acquisituz in medio motus est qualitas. ¶ Quinto sic. multe sunt alterationes ꝓprie dicte que fiunt in instanti: ergo qualitas que fm talem alterationem acquiritur: producitur tota simul et non vna pars prius ꝛ alia posterius. Añs ptz de illuminatione ꝛ visione. ¶ Sexto sic. si alteratio fieret per additionem gradus ad gradum: sequeretur q̄ ex plurib⁹ entibus in actu existētib⁹ fieret vnū tertium ens in actu existens: ⁊ñs est falsum: ergo ꝛ añs. Consequētia ptz: qꝛ q̄libet gradꝰ est ens in actu: ergo si vnus componeretur alteri ex duobus existentibus in actu fieret vnum tertium. ¶ Septimo sic: qꝛ si sic seōretur q̄ accidentia solum numero differentia possunt esse in eodem subiecto fm eādem ptem: cōsequēs videtur esse falsum ꝛ ꝓtra phm̄ quinto metaphisice: ꝝ ꝛ añs. Añs ptz: qꝛ plures gradus eiusdem q̄litatis solū numero differunt: ꝛ insunt eidem subiecto fm eandez partem. ¶ Octauo sic. si qualitas successiue acquireretur hoc est pars post partem: tunc etiā per alteratōez successiue deperderetur: sed hoc nō ꝛgitur. Minoꝛ ptz quia non videtur penes quem gradum prius fieret remissio. Non em̄ fm primū gradum: quia ille diuturꝰ fuit in subiecto radicatus. Nec etiam fm vltimum: qꝛ fm vltimum q̄litas maxime intenditur: ꝛ ille est maxime actiuus: ergo fm illum qualitas est minus remissibilis. ¶ Nono sic. aliqua qualitas iam non est in subiecto: ꝛ immediate post hoc ent: ergo ipsa tota simul acquiritur. ¶ In oppositum arguitur. Omnis motus ẽ generatio partis post partem: saltem motus acquisitiuus: sed alteratio est motꝰ acq̄sitiuus: ergo alteratio est generatio partis post ptem: ꝛ non alicuiꝰ rei ꝝ qualitatꝭ: ꝝ q̄litas fm quā est alteratio nō acquiritur tota simul: sed successiue. ¶ Ad istā q̄stionem respondent aliqui: q̄ ipsa forma tota simul acquiritur ꝛ non ps post ptē: ita q̄ tota essentia forme in instāti producitur: sed illa successiue ꝓcedit de esse imperfecto ad esse perfectū. ¶ Sed ꝓtra istā opiōnē arguiē prio sic: q̄ alterationē ꝓprissime dictā acq̄ritur esse ⁊vt dicit dicta opinio ⁊vel ꝝ illud esse acquiritur in instāti: vl' successiue. Nō successiue: qꝛ vel ipm totū ꝙtum ad id qō est producitur simul: ꝛ prius tū ꝙtum ad esse iperfectum ꝛ posteriꝰ fm esse pfectū: vel prius pducitur aliquid eius ꝛ deinde aliud: ꝛ sic deinceps. Non pōt dici primū: qꝛ tunc iterū quereret de illo esse: ꝛ sic esset pcessus in infinitū qō non est dicendum. Nec potest dici scōm: qꝛ esse forme nō distinguitur ab ipsa forma: sed est idem realiter cum ipsa forma: ergo si esse acquiraē successiue: ita q̄ ps post ptem acquiratur: etiā forma successiue acq̄ritur: ita q̄ ps post ptem acquiritur. Añs ptz: qꝛ si esse distinguaē ab ipsa forma: tūc ipsum esse esset: ꝛ tūc quereretur de illo esse ex quo ipm esset vel esset distinctū ab esse cuiꝰ est vel non. Si primum: ergo est ꝓcessus in infinitum: qō nō est dicenduz. Nec pōt dici scōm: qꝛ qua rōne illud esse nō distīguitur ab esse illo qō p ipm existit: eadē rōne nec esse quo forma existit distingueretur ab ipsa forma. Item si esse distingueret a forma: cū ipm esse nō sit ps eēntialis ipsius forme: nec cōicat in aliq̄ pte cum ipsa forma: ꝛ est posterius ipsa forma: sequitur q̄ deus pōt cōseruare illā formā destructo illo esse: ꝛ per cōsequens forma esset sine illo esse. ꝛ sic aliquid esset qō nō esset: qō est ipossibile: ꝝ illud ex quo sequitur. ſ. q̄ esse forme distinguitur ab ipsa forma. ¶ Scōo sic. Ois motus est ad substantiā quātitatē: q̄litatē: vel vbi: sed si tota essentia forme siue entitas ipsius forme in instāti acquireret: tunc esset aliquis motus qui non esset ad substantiā qualitatem: q̄titatem: aut vbi: ꝛ per ⁊ña aliquis esset motus qui non esset motus: quod est impossibile. ¶ Tertio sic: qꝛ vel illud eē iperfectū in alteratōe maneret cū esse pfecto: vel corrumperetur. Non pōt dici scōm: qꝛ tunc eēnt infinite res nō facientes vnū generare ꝛ corrupte qō est impossibile. Nec pōt dici primū qꝛ tunc forma simul haberet esse perfectum ꝛ esse imperfectum siue esset perfecta ꝛ iperfecta quod est impossibile: qꝛ esse prrfectum ꝛ esse imperfectum repugnāt ꝛ opponūtur respectu eiusdē. ¶ Dimissa igiē ista opinione. Prio solutōe dubij est Sciendū: q̄ duplices sunt partes qualitatis: scz quātitatiue ꝛ graduales:

Opinio prīa.

Confutatio.

Opinio contraria.

Quid ptes ꝙ titatiue ⁊ gradiales forme et diffinitio gradus.

Partes autem ꝙtitatiue forme sunt partes extra se inuicem loco situ existentes: facientes vnum vel continuitate vel cõtiguitate. Sed ptes graduales sunt ptes penetratiue ⁊ vnitiue se habentes: eidem subiecto precise ⁊ adequate inherentes: ⁊ iste ptes vocantur gradus. Unde gradus est qualitas qui apta nata est esse penetratiue ⁊ vnitiue cuz alia ql̃itate vni⁹ speciei essentialis in eodem subiecto precise: absq; hoc ꝙ de perse seq̃tur maior magnitudo. Unde ꝑm istas duplices ptes. dubiũ potest dupliciter intelligi. Uno modo de ptibus quãtitatiuis. Et tunc dicitur ad dubium: ꝙ in alteratione in qua alterãs est extrinsecum ipsi alterabili: primo acquiritur vna ps ꝙtitatiua forme ꝙ alia. Cuius ratio est: qz alterãs per contactum agit prius in ptem propinquiorem ꝙ in ptem distãtiorem aliꝙ ql̃itatem causando in eadem pte propinquiori: et per cõsequens acquiritur prius vna ps ꝙtitatiua ql̃itatis ꝙ alia. Sed in alteratione in qua alterãs est intrinsecum ipsi alterabili: ptes ꝙtitatiue ipsius qualitatis possunt eque cito produci: ptz: qz in tali alteratione alterãs est eq̃liter approximatum omnibus ptibus ipsius alterabilis: ergo eque cito potest producere in vna pte subiecti ptem ꝙtitatiuã ql̃itatis: sicut in alia parte subiecti aliã ptem ꝙtitatiuam qualitat| vt ptz in frigidatione aque. Quãdo em̃ aqua calefacta seipsam ad frigiditatez reducit: tunc eque cito introducit vnã ptem ꝙtitatiuã sicut aliam. Et hoc ideo quia forma substantialis aque equaliter est approximata cuilibet parti eiusdem. Et istud voluit dicere p. in libro de sensu ⁊ sensato dicens: ꝙ mobile frequenter alteratur totũ simul: dũmodo sex alterãs ẽ intrinsecum ipsi alterabili. De isto sensu tñ dubiũ nõ est hic principaliter ad ꝓpositum. Aliter põt intelligi dubium de partibus gradualibus. Et tunc dr̃ ad dubium ꝙ qualitas ꝑm quã est alteratio ꝓprie dicta nõ acquiritur tota simul: sed ps post ptem: ptz: qz oĩs alteratõ est motus per quã acquiritur ql̃itas: sed quelibet ps alterationis: siue quelibet ptialis alteratio est alteratio: ergo quelibet ps alteratõis siue quelibet ptialis alteratio est motus per quẽ acq̃ritur ql̃itas: ⁊ vna ps alteratõis fit in priori pte temporis ⁊ alia in posteriori: ergo ql̃itas que per priorem ptem alterationis acq̃ritur: prius acq̃ritur ꝙ illa que per posteriorem ptem alterationis acq̃ritur: ⁊ per cõsequens ql̃itas que per alterationem ꝓprie dictã acq̃ritur. non acquiritur tota simul: sed ps post ptem. Aliter põt istud probari p rationem in oppositum factam. Ad rationes dubij. Ad primã dicitur negando antecedens. Et ad pbationem eius dicitur negando auctorem ser principium. Uel aliter potest dici: ad pbationem scz ꝙ dupliciter potest itelligi ꝙ forma sit simplex essentia. Uno modo: ꝙ nullomodo sit cõposita: ⁊ sic illa diffinitio nõ valet. Alio modo: quia non est composita ex ptib⁹ diuersarum rationum: ⁊ sic conceditur ꝙ forma sit simplex essentia: sed etiam ex hoc non sequitur ꝙ ipsa sit simpliciter indiuisibilis: licet sequatur ꝙ sit indiuisibilis in ptes diuersarum rationum. Ad scõam dicitur negando antecedens. Et ad pbationem eius dicitur negando ꝯiam: quia motus celi ⁊ eius influentie cuz agente ptic⁹lari nata sunt in aliquo tempore ꝓducere vnum gradum ⁊ nõ alium. Etiam totalis qualitas introducenda sic nata est introduci ⁊ nõ aliter ab agẽte naturali: sic ꝙ prius introduceretur talis grad⁹ ꝙ alius. Etiaz talis gradus ex natura sua talis est: ꝙ natus est prius introduci ⁊ deinde alius. Uel põt dici ꝙ determinatio ꝓueniat ex voluntate diuina. Ad tertiam dicitur concedendo maiorem ⁊ negando minorem: ⁊ ad pbationem dicitur: ꝙ motus non dicitur ex eo vnus: quia per ipsum ⁊ quãlibet eius partem acq̃ritur vna ⁊ eadem forma: sed qz per illum motum acq̃ritur vna forma totalis: que ꝑm se ⁊ quodlibet sui de nouo in subiecto producitur: to⁹a per totum motuz ⁊ pars eius per partem motus. Uel dicitur negãdo maiorem: quia licet non maneat eadem qualitas totaliter in numero eadem: tamen bene remanet eadem secundum continuationem partium ⁊ eiusdem ratõis. Ad quartam dicitur negando cõsequentiam: quia vni nomini cõmuni essentiali bene possunt correspondere in re plura significata. Ad quintam dicitur negando antecedens. Et ad probationem eius dicitur: ꝙ illuminatio medij fit in tempore: sed ex quo illud tẽpus non est bene a nobis perceptibile: ideo dicitur fieri in instanti. Etiã illuminatio medij ꝙtuz est ex parte medij totaliter dispositi ad recipiendum lumen ⁊ non resistentis potest fieri in eo lumen in instanti: sed ꝙtũ est ex pte agentis nõ quia agens potest equaliter applicari cuilibet parti medij in instãti: sed per motuz local̃ successiue applicatur diuersis partibus medij. Aliter dicitur ꝙ illuminatio medij non est proprie alteratio: nec similiter visio: qz illuminatio ⁊ visio nõ fiunt cum abiectione contrarij: quod tamen requirit ad alterationem proprie dictam: sed illuminatio deberet magis proprie dici generatio luminis. Ad sextã dicitur: licet ex duobus existentibus in actu diuersaꝝ rationum non fiat vnum tertium: tamen ex duob⁹ existentibus in actu eiusdem rationis bene fit vnum tertium: ⁊ hoc tam in substantijs ꝙ in accidentibus. In substantijs autez: quia ex duabus aquis fit vna aqua continuitate. In accidentibus vero: vt ex duabus vtralibus qualitatibus fit vna totalis qualitas. Ad septimã dicitur: ꝙ licet duo accidentia totalia eiusdem speciei per motum acquisibilia: non possunt naturaliter esse in eodem subiecto pro eodem tempore precise: tamen duo accidentia ptialia eiusdem speciei p motum acquisibilia bene possunt esse in eodem subiecto precise. Ad octauã dicitur negando minorem: ⁊ ad probationem eius dicitur: ꝙ ille gradus qui est vltio introductus primo abiscitur: quia ille est minus radicatus in subiecto: quia ꝙto materia magis forma caret tãto magis eam appetit: ⁊ per cõsequens magis forma radicatur in materia ⁊ sic ꝙto materia plus habet de forma tãto minus appetit eaz: ⁊ per cõsequẽs forma minus radicatur in materia: ⁊ sic gradus vltio introductus in materia est minus radicatus: ⁊ per cõsequens facilius ⁊ prius remouetur ab ea. Etiam potest dici ꝙ forma totalis acquisita est talis nature: ꝙ quãdo debet corrũpi prius debet corrumpi gradus vltimo introductus: ⁊ sic cõsequẽter ꝑm ordinez. Alij dicunt: ꝙ in remissione ql̃itatis gradus primo introductus primo remouetur: quia ille habet debilius eẽ in materia vt ipsi dicunt ex quo materia minus erat disposita. Uterq; istorum modorum dicendi est probabilis: primus tamen aliquibus probabilior videtur.

Sed tunc quereret aliquis si deus perfectã ql̃itatẽ crearet in aliquo subiecto: quis gradus primo remoueretur in remissiõe talis qualitatis. Dicitur ꝙ ille q̃ fuisset posterius introductus: si talis qualitas fuisset introducta successiue ab agẽte pure naturali: vel ille gradus qui fuisset primo introductus ꝑm alteruz modum dicendi. Ad nonam dicitur negãdo cõsequentiam. Nam illa propositio ĩmediate post hoc erit: valz ista aliqua ql̃itas ante quodlibet instãs post hoc erit: modo ad istã non sequitur: ꝙ ql̃itas acquiratur tota simul: qz ante qõlibet instãs post hoc instãs est tẽpus medium in quo acquiretur ql̃itas.

Ad rationes questionis. Ad primã dicitur

ꝯ cõmentator per illud dictũ non voluit dicere ꝙ motus esset fluxus distinctus a re permanente: sed per illud dictum voluit narrare duas opiniones. Quarum vna erat ꝙ motus esset quidã fluxus distinctus a re ꝙ manente: & alia dixit: ꝙ motus erat forma fluens. Et harum opinionum cõmentator dixit scõam esse veriorem. ¶ Ad scõam dicitur: ꝙ licet illa dicibilia actio et passio distinguũtur ab illis dicibilibus: scz substantia et q̃litas: tamẽ illa res que est actio: & illa res q̃ ẽ passio non distinguũtur a q̃litate & substantia. Faciliter etiã posset negari maior: quia dicibilia diuersorum p̃dicamentorum bene supponunt pro eadem re: & eadẽ res tanꝙ subiectum ponitur in diuersis predicamentis. ¶ Ad tertiam dicitur distinguendo maiorẽ penes amphibologiã: qr illa habet duos sensus: scz proprium et improprium. Sensus ꝓprius est iste: ꝙ illa entitas que est motus est nature successiue & nõ permanentis et sic negatur maior. Sensus improprius est iste ꝙ q̃n mobile mouetur non acquiritur vel deperditur aliqd totum simul: sed successiue: & sic cõceditur maior, sz negatur cõsequentia. Unde si mobile acquirat vel deperdat totũ simul: non dicitur moueri: sed quãdo non acq̃rit vel deperdit totũ simul: sed ptem post ptem mobile dicitur moueri. ¶ Ad quartam dicitur similiter distinguendo maiorem: vel capiendo eã in sensu improprio: & sic cõceditur: sed negatur ꝓsequẽtia: vel in sensu proprio: & sic negatur. Sensus quidez proprius est iste: ꝙ illa res qne est alteratio mensuratur tempore: que quidem res est distincta a re permanẽte. Sensus vero improprius est iste: ꝙ quãdo mobile alteratur: alteratur in tempore. ¶ Ad quintã dicitur negãdo consequentiã. ¶ Ad sextã dicitur negãdo minorem: sed q̃litas potius erit terminus alterationis: siue illud qõ per totam alterationem acquiritur ꝓ se & quodlibet eius. Ad septimã dicitur: ꝙ p. v. huꝰ non voluit simpliciter negare illã ꝓpositionem gñationis nõ est generatio: siue alterationis non est alteratio: sed voluit dicere ꝙ illa oratio non erat locutio famosa: & p̃dicatio ꝓsueta. ¶ Ad octauã & nonã negatur p̃na.

Queritur Utrum in alteratione proprie dicta ps qualitatis que primo acquiritur maneat cum pte qualitatis que posterius acquiritur.

¶ Et videtur ꝙ non: qr scõm phm̃ generatio vnius est corruptio alterius: sed in fine alterationis aliquid forme de nouo est genitum: ergo aliquid ibi corrũpitur: & non nisi forma precedens: ergo ps prius acquisita non manet cũ posterius acquisita. ¶ Scõo sic, sicut est in motu localiter ita videtur esse in alijs motibus: sed sic est de motu locali: ꝙ mobile cõtinue est in alio & in alio loco: ergo similiter in alteratione forme pars precedens abijcit et corrumpitur: & per cõsequens pars prius acquisita nõ manet cum parte posterius acquisita. ¶ Tertio sic termini motus sunt incõpossibiles: sed alteratõis terminus a quo est forma precedẽs siue ps prius acquisita: & terminus ad quem est forma sequens: siue ps acquirenda: ergo ps prius acquisita siue acq̃renda sunt incõpossibiles: & per cõsequẽs vna nõ manet cũ alia. ¶ Et si dicatur ꝙ terminus a quo non est forma precedens siue pars prius acquisita: sed est non esse forme sequentis. ¶ Contra hoc arguitur sic. alteratio est motus inter terminos positiuos: ergo priuatio non ẽt terminus a quo. Antecedens ptz: quia omnis motus ꝓprie dictus est de subiecto in subiectum: vt dicit philosophus quinto huius: sed alteratio est motus ꝓprie dictus: ergo est de subiecto in subiectum. Et per subiectum intelligit philosophus terminum positiuum. ¶ Quarto sic. pars prius acquisita pertinet ad alterationem: vel ergo pertinet ad ipsam tanꝙ subiectum alterationis: vel tanꝙ terminus ad quem: vel tanꝙ terminus a quo: sed non tanꝙ subiectuz vel tanꝙ terminus ad quem: quia mobile tunc non amplius mouetur: ergo relinquitur ꝙ pertinet ad alterationẽ tanꝙ terminus a quo: sed terminus a quo in omni motu abijcitur: ergo pars prius acquisita non manebit cuz parte posterius acquisita vel acquirenda. ¶ Quinto sic. Impossibile est contraria esse in eodem simul: sed forma intensior & forma remissior cõtrariantur: ergo non possunt simul manere in eodem subiecto: & p̃ consequens pars prius acquisita que est remissior. nõ manet cum parte posterius acquisita que est intensior. Minor ptz per p. quinto huius dicentem: ꝙ nimus album & magis album sunt cõtraria. ¶ Sexto sic. sicut se habet illud quod augmẽtatur in augmẽtatione ꝙtitatis molis ita se habet illud quod augmẽtatur in augmentatione ꝙtitatis virtutis: sed in augmentatione ꝙtitatis molis: ꝙtitas prius acquisita corrumpitur q̃n posterior introducitur: ergo etiã in augmentatiõe ꝙtitatis virtutis (hoc est in alteratõe forme) pars prius acquisita corrũpitur quãdo posterior itrõducitur. Minor ptz: quia ponatur ꝙ aer rarefiat: tũc queritur an quãtitas precedens manet aut corrumpitur. Si scõm habetur ꝓpositum. Si primũ: aut igit manet ꝼm se totam prescise in eodez subiecto in quo prius erat: aut manet in alio. Si primum tunc queritur in quo recipitur ꝙtitas aduenies: aut in illo eodem subiecto: aut in aliqua parte eius: aut in aliquo alio: aut in nullo. Non potest dici ꝙ in illo eodem subiecto nec in parte eius: quia tunc due quãtitates simul essent in eodem que essent eiusdem rationis: quod videtur esse falsum. Nec potest dici: ꝙ illa ꝙtitas in nullo recipiatur: quia tunc maneret accidẽs separatũ. Nec potest dici ꝙ recipiatur in alio: quia tunc illa res in q̃ ꝙtitas prius fuit non redderetur maior ꝓ illam ꝙtitatem. Nec potest dici scõm: ꝙ ꝙtitas precedens ꝼm se totam non mãet in eodem: quia tunc accidẽs mutaret de subiecto in subiectum naturaliter ꝼm se totum vel ꝼm partem sui: hoc est impossibile: igitur.

¶ Septimo sic. si gradus prius acquisit? maneret cuz gradu posterius acquisito: sequeretur ꝙ fieret penetratio dimensionũ: cõsequens videtur esse falsuz & impossibile: agr̃ & añs: p̃na ptz: qr vterq; gradus est extẽsus & dimensionatus. ¶ Octauo sic. ꝓ primũ gradum terminatur alteratio: ergo nõ est ponendus scõus grad? et ꝓ p̃ns nõ acquiritur aliqua ps posterior. Cõsequẽtia ptz: qr habito termino ad quem cessat motus. Et añs ꝓbatur: qr quicquid ꝓ notũ acquiritur terminat motum: sed primus gradus per motum acquiritur: ergo primus gradus terminat motum.

In oppositum arguitur. In individuis eiusdem rõnis siue eiusdẽ spẽi eẽntialis: nõ est ordo ꝼm perfectionem & imperfectionem essentialẽ: nisi ꝓpter maiorem pluralitatẽ ptium eiusdẽ ꝙtitatis in vno ꝙ in alio: sed si ps prius acquisita corrũperetur q̃n alia introduceretur: non esset maior pluralitas ptiuz in forma sequente ꝙ in forma precedente: & per cõsequens forma sequens non esset perfectior forma precedente. Minor ptz: qr q̃n aliq̃ sic se habent ꝙ nihil intrinsecum vni est simile alicui intrinseco alterius: nec ipsum est simile alteri: illa plus differunt ꝙ numero: sed sic illud quod nullam pluralitatez partium includit sit perfectius alio qõ etiam nullam pluralitatem partiũ includit & nihil intrinsecum vnius est simile alicui intrinseco alteri? nec ipmmet est simile alteri. illa differunt plus ꝙ numero: & per ꝓsequẽs non sunt eiusdez speciei specialissime. ¶ Pro solutione questionis ẽt

Sciendū q̄ gradus qui posterius acquiritur ꝑm se totū vnitur gradui acq̄sito: sic q̄ ipse tot⁹ totī vnitur: ꝛ ps parti penetratiue: ita q̄ vbi ẽ totus vn⁹ grad⁹ ibi ꝛ in eodē subiecto ẽ totus alt⁹: ꝛ vbi ẽ vna ps vnius gradus: ibi ẽ aliq̄ ps alterius gradus: ita q̄ secūd⁹ cū ꝓmo ꝯstituit vnā qualitatē totalē: ꝛ cū introducit̄ tertius grad⁹: tūc ex ipor q̄litate ꝓus acq̄sita q̄ cōstituta est ex duob⁹ gradibus ꝓuib⁹ fit vna q̄litas realiter distincta a q̄litate duor graduū: ꝛ sic deincepsq; ad vltimū gradū inclusiue. Dece enī grad⁹ eiusdē forme dicunt tota latitudo graduū eiusdē speciei. ¶ Sed q̄reret aliquis qua vnitate isti grad⁹ cōstituūt vnū: vl vnitate ꝯpōnis vel vnitate omogeneitatis aut aliq̄ alia vnitate. ¶ Dicitur q̄ faciūt vnū vnitate ꝯpōnis large capiendo ꝟ ꝯplerum vnitas ꝯpōnis. Unde oīa illa dicuntur facere vnū vnitate ꝯpōnis hoc mō q̄ vnū ꝯstituunt. Sed si caperet stricte hoc ꝯplexū vnitas ꝯpōnis: sic solū illa q̄ sunt diuersar rōnū: ꝛ vnū se habeat vt in formās ꝛ aliud vt informatū oēs vnitate cō pōnis: sic isti gradus nō faciūt vnū vnitate ꝯpōnis.

¶ Alterius q̄reret aliq̄s q̄ vna forma magis ꝟ gradus q̄ alia. Dicit̄ q̄ vna ex sua natura talis ẽ ꝛ alia nō Unde illa forma pfecta vel impfecta q̄ pōt facere vnū cū alia forma eiusdē rōnis ꝛ spēi eētialis siue maiori extensione q̄titatiua talis vel sibi silis in spē pōt habere gradus ꝛ pōt intendi ꝛ remitti. Que vero non est hmōi: nō ꝟ gradus nec pōt intendi vel remitti. Ista notato sit.

Conclusio responsiua ad quesitum. In alteratiōe ꝓbe dicta pars qualitatis q̄ ꝓmo acq̄rit̄: māet cū parte q̄litatis q̄ posteri⁹ acq̄rit̄. Ptz sic: qr sicut q̄litas corrūpit̄ siue destruit̄: ita ꝙ oppositū ꝓducit̄: ꝟ in corruptione siue destructiōe q̄litatis nō manet ps q̄ prius fuit cū illa pte q̄tā ẽ corrupta: ꝯ oppō mō in productione forme ps ꝓus acq̄sita manet cū parte posterius acq̄sita. ¶ Secūdo sic. nisi sic seq̄ret̄ q̄ in vna alteratione acq̄sitiua infinite res nō faciētes vnū generarent̄ ꝛ corrūperent̄: qd̄ videt̄ esse incōueniēs: ꝯ ꝛ illud ex quo seq̄tur. ꝯña pz: qr tot sunt mutata ẽ in alteratione quot sūt instātia in tpe: sed infinita instātia sūt in tpe: ꝯ sunt infinita mutata ẽ in alteratione ꝛ in quolibet mutato esse est aliq̄ forma q̄ imediate añ nō fuit nec imediate post ꝟ erit: igit̄. ¶ Tertio sic. si sic seq̄ret̄ q̄ nulla q̄litas successiue ꝓducer̄ ꝯñs est falsū: ꝯ et añs. ꝯña pz: qr q̄libet q̄litas ꝑm se ꝛ qōlibet sui ꝓduceretur in instāti: ꝛ p ꝯñs nō ꝓducer̄ successiue. ¶ ăt ꝓducer̄ in instāti pz: qr illud de quo vez ẽ dicere q̄ nunc est: ꝛ imediate ante ꝟ nō fuit nec aliq̄d eius ꝓducitur in instāti: ꝟ sic eēt de q̄libet pte q̄litatis ꝑm quā est alteratio. ꝓbe dicta: igitur ꝓducit̄ in instāti. ¶ Dicit̄ pz: qr capiendo caliditatē q̄ per calefactionē ꝓducit̄: vel ꝓducta ẽ illa ante terminū calefactionis siue finē non fuit nec aliq̄d eius si illud quod prius acq̄rebatur non manet cū eo qđ posterius acq̄ritur. et illa calefactio finitur in instanti: ꝯ illa caliditas que ẽ terminus transmutationis ꝓducitur in instanti.

Dubitatur vtrum gradus qui aduenit̄ gradui ꝓus acq̄sito differāt realiter ab eo. Et videbitur q̄ nō: qr si aliq̄d sibi aduenire tunc totū seq̄ns esset ꝯpositus ꝙ illud qđ ꝓus fuerit: ꝛ p ꝯñs impfectius: cum maiorē pluralitatē entiū includeret: sed ꝯñs est falsum ergo ꝛ añs. ¶ Minor pz: qr ꝙ to est aliq̄d implici⁹ tanto simplicius tāto est perfecti⁹: ꝛ per ꝯñs qualitas precedens si eēt simplicior esset pfectior. ¶ Secundo sic. indiuiduis eiusdē rationis siue eiusdē spēi essential nō est ordo essentialis perfectionis: ergo vnū individuum ꝑm suā essentiam non est perfectius alio individuo eiusdē rationis eētialis. ꝛ tamē si aliq̄s essentiale pfectū aduenret gradui prius acq̄sito tunc vnū individuum. i. forma ex illis gradibus cōstituta esset perfectior ꝙ gradus ꝓcedens. Et hoc vī esse ꝟ ꝛa p. tertio methaphisice dicēt̄ q̄ in individuis eiusdē spēi nō ẽ hoc prius: et illud posterius. ¶ Tertio sic. vel illud qđ aduenit esset essentiale illi cui aduenit vel accidentale. Nō essentiale: qr illud qđ ꝓus erat potest esse sine illo quod aduenit. Nec etiā accidētale: qr tē nō faceret vnū per se cū illo cui aduenit: ꝙ videtur q̄ nihil aduenit realiter distinctū a prior. ¶ In oppositū arguit̄. impossibile est eē realē transmutationē siue realī acq̄sitiōe alicuius noui: vel reali destructione alicuius antiq̄: vl̄ realī acq̄sitione alicuius ꝓexistentis: sed talis trāsmutatio est realis trāsmutatio alicuius subiecti: ergo ī illo subiecto de nouo aliquid ꝓducitur: vel aliq̄d destruit̄ vel aliquid ꝓexistens de nouo in eo acq̄ritur: sed in tali transmutatio nihil ꝓexistens acq̄ritur de nouo: nec aliquid destruitur: cū tunc illa forma nō perficeretur: sed imperficeret̄: ꝙ aliquid de nouo ꝓducitur.

¶ Ad dubiū dicitur q̄ in alteratiōe aliquid realiter distinctū ab illo quod prius acq̄sitū est aduenit illi gradui prius acq̄sito: vt ꝓz per rōnem post oppositum factam. ¶ Et ad primā rationem ante oppositū factā dī negando minorē: et ad ꝓbationem eius dicitur q̄ illa ꝓpositio q̄to aliquid est simplici⁹ tanto est perfecti⁹: non est vniuersaliter vera: qr in multis cōpositiora sūt perfectiora. vt boues sunt ꝯpositiores suis materiis ꝛ formis accidētalib⁹: ꝛ tamē sunt perfectiores suis materijs et formis accidētalibus. ¶ Ad secūdā dicitur q̄ licet non in omnibus individuis eiusdē spēi siue rōis essentialis sit ordo perfectionis essentialis: sicut in individuis speciei ꝓdicamenti substantie: tamen ī aliquibus individuis eiusdem speciei essentialis bñ pōt esse ordo eiusdem perfectionis essentialis. Et ꝓpo p. est vna indefinita q̄ compatitur suā subcōtrariā in veritate. ¶ Ad tertiā dicit̄ q̄ illud quod aduenit gradui prius acq̄sito est sibi accidentale: capiendo accidentale ꝓ illo quod nō est pars essentialis illius cui aduenit: et sine quo illud cui aduenit potest esse. Sed si capiatur accidentale ꝓ illo quod non est de essentia alicuius ꝛ sine quo illud potest eē: nec facit vnū ꝑ se cū illo. sic gradus secundus qui aduenit gradui pri⁹ acq̄sito non dicitur sibi accidētalis: sed potius diceretur essentialis capiendo essentiale vt distinguitur contra accidentale secundo mō. Unde similiter dicendū est de istis gradibus q̄tum advnionē eor: siue quo ad hoc q̄ vniantur essentialiter vel accidentaliter: sicut de materia et forma substantiali. Nam sicut forma substātialis non potest esse naturaliter quin sit in materia: nec etiam materia quin sit informata forma. Sic etiā vn⁹ gradus nō potest esse naturaliter in subiecto ꝛ per notabile tempus durare sine alio gradu. Et sicut forma substantialis vnitur materie penetratiue sic vnus gradus alteri penetratiue vnitur. Differentia tamen est ī hoc: quia materia et forma sunt diuersar rationū esse tialium: et ideo per aduentuz forme in materia nō fit intensio: sed gradus sunt eiusdem speciei essentialis: et ideo per aduentum vnius ad alium eorum quo sic fit vnum per se fit intensio.

Ad rationes questionis. Ad primā dicitur: q̄ illa ꝓpositio nō est vniuersaliter vera: sicut ꝓz in illuminatione medij: id est aeris vbi aliquid generat̄ et nihil corrūpit̄. ¶ Ad secūdā dicitur q̄ non est simile de motu locali et alteratione. ¶ Ad tertiam dicitur sicut dictum est. Et ad probationē eius dicitur q̄ alteratio totalis que est abiectiua ꝛ productiua fit inter termi-

nos positiuos quoꝝ vn⁹ abijcit ⁊ alter acq̃rit: tñ altera tio totalis solū acq̃sitiua vel alteratio partialis soluz acq̃sitiua nō sp ẽ inter termios positiuos: ⁊ sic illa ꝓ positio dꝛ itel'ligi: alteratio q̃ est acq̃sitiua vn⁹ ⁊ dep̃ditiua alteri⁹ ẽ iter termios positiuos. ¶ Ad q̃rtā dicitur q̃ ps p̃us acq̃sita ptinet ad alterationez: nō tanꝝ subiectū: nec tanꝝ termin⁹ a quo nec tanꝝ termin⁹ ad quē alteratiōis seq̃ntis: sꝫ tanꝝ illud qō facit vnuz p se cū termio ad quē: ⁊ cū quolibet alio ab ipso qō p tale alterationē acq̃rit. vez tñ ẽ q̃ glibet pars illius forme bñ ẽ termin⁹ ptialis alteratiōis: eo q̃ ẽ ps illi⁹ forme totalis. ¶ Ad q̃ntā dꝛ q̃ lz illa dicibilia min⁹ albū: et magis albū opponant large capiẽdo oppositionez nō tñ stricte. Et silr forma pfecta ⁊ forma iperfecta ñ contrariātur ꝓtrarietate, p̃pe dicta: sed largissime dicta, p̃pto ab eis p̃t sumi denoiatiões incōpossibiles ¶ Ad sextā dꝛ negādo minoꝛē: ⁊ ad pbationē eius dꝛ q̃ in rarefactiõe nō cozrūpit aliq̃ q̃litas: nec introducit alia q̃litas: sed solū fit extēsio partiū p motū locale. Sed in augmẽtatione, p̃pe dicta ipsius viuẽtis: bñ aduenit noua q̃titas cū adueniat noua materia q̃ cōtinuatur p̃cedẽti materie: ⁊ aliq̃n noua forma ptialis que etiā aliq̃n cōtinuat forme p̃cedẽti. Et de isto magis videbit in libꝛo de gñatione. ¶ Ad septimā dꝛ dupliciter intelligi fieri penetrationē dimensionū. Vnomō q̃ ille dimẽsiones sunt entia non nata facere vnū: nec ẽ ĩvno: ⁊ sic nō p̃t fieri penetratio dimẽsionū naturaliter. Aliomō q̃ ille dimẽsiões sūt nate facere vnū vel esse ĩvno: ⁊ sic penetratio dimẽsionū bñ ẽ possibil naturaliter. ¶ Ad octauā dꝛ q̃ lz p̃m⁹ grad⁹ sit ꝛminus alteratiōis ptialis nō tñ ẽ termin⁹ alterationis totalis nec cuiuslibet ptis ei⁹. Prim⁹ ei grad⁹ ẽ termin⁹ alteratiōis p̃cedẽtis ptialis sꝫ nō alterationis seq̃ntis.

Queritur vtrum forma pure materialis intẽdatur. Et arguit q̃ nō: q; vl pars p̃cedens vel pars seq̃s ĩtendit. sed nullū istoꝝ est dicendū: igit forma ñ intendit. Minoꝛ pꝛ: q; illud qō intẽdit ẽ p̃mo ĩpfectū et postea pfectū: sed nec pars p̃cedẽs nec ps sequens est p̃mo ĩperfecta: ⁊ postea perfecta: cū q̃libet ps forme q̃diu est: est eq̃ perfecta ⁊ iperfecta. ¶ Secūdo sic. in omni intẽsione est dare primū intẽsuz esse: q̃ forma nō intendit cōtinuo: ⁊ per ꝯns nō intẽditur. q̃a pꝛ: q; in motu cōtinuo ante q̃libet mutatū ẽ fuit moueri: vt vult p. sexto huius: ergo si intensio aliq̃ esset cōtinua ante q̃libet intẽsū esset ẽ aliq̃ ĩtendi: ⁊ sic nō eẽt dare p̃mū intensū ẽ. Añs pꝛ per p. sexto huiꝰ q̃ vꝛ velle q̃ in alteratiõe est dare p̃mū mutatū ẽ. ¶ Tertio sic. cuiuslibet forme de nouo acq̃site p motū, p̃pe dictū ẽ dare p̃mū instans eẽ: q̃ forma nō intendit cōtinue: ⁊ p ꝯns non ĩtendit. Añs pꝛ per p. viij. huiꝰ: ⁊ q̃a, pbaf: q; ñ est dare p̃mū ĩstãs tp̃is mensurātis motū ꝛtinuū: q̃ si daf p̃mū instãs esse forme ipsa nō acq̃rit successiue sue per motū, p̃pe dictū. ¶ Quarto sic. cuiuslibet forme materialis q̃ p motū, p̃pe dictū acq̃rit daf mīmū: q̃ nulla talis forma p̃t ꝛtinue ĩtendi. q̃a ptz: q; tota forma ĩtensa ĩtegrat ex mīmis: ⁊ q̃libet mīmū acq̃rit in ĩstanti ⁊ nō ĩ tpe cū alis dareẽ min⁹ mīmo: q̃ si ĩtēsio essꝫ cōtinua seq̃reẽ q̃ aliq̃s motus ex mutatis eẽ ꝯponereẽ: siue ex indiuisibilib⁹ qō est ꝛtra p. sexto huius.

In oppositum arguitur auctoꝛitate omniuz philosoph̃oꝝ dicẽtiū formas intẽdi. Silr dicẽtiū eẽ intẽsionē ꝛtinuā ⁊ successiuā. Pro solutiõe q̃stionis.

Sciendum primo q̃ formā intendi nō ẽ aliud nisi forme existenti in subiecto aliā formā similez eiusdez speciei essentialis penetratiue addi: que faciat cū precedenti vnū per se: et cōstituat vnā formā eiusdem speciei eẽntialis: perfectioꝛ ẽ intensiue q̃ erat illa forma p̃existens cui additur alia. Et ex opposito forma dicitur remitti. quādo ab ea aliqua pars remouef: ita q̃ forma remanẽs est ĩpfectioꝛ q̃ fuit totalis forma p̃cedens que ante remotionē partis erat ĩ tali subiecto Et similiter p̃t dici q̃ ista, ppositio forma suscipit realiter magis ⁊ min⁹ p̃t admitti sm eundem sensum cū ista forma ĩtendit ⁊ remittit. ¶ Ista tñ, ppositio forma suscipit magis ⁊ minus: si sit de copulata pte p̃dicati non est cōcedenda: cū nulla sit vna eadem forma de qua est vez dicere q̃ suscipiat magis ⁊ minus: cuꝝ tunc simul ⁊ semel fieret perfectioꝛ ⁊ imperfectioꝛ: sed in sensu copulatiuo bene potest concedi. s. q̃ forma suscipit magis: et forma suscipit minus: ⁊ hoc loquẽdo de susceptione magis et minus logicali: ⁊ non ꝺ susceptione realiter ita q̃ suscipere magis ⁊ minus capiãtur secundo intentionaliter ⁊ non primo intentionaliter: sic q̃ sensus sit magis ⁊ minus predicantur de illo termino forma et illi, ppositioni de actu signato cozrespõdet ista copulatiua de actu exercito. Forma est maioꝛ siue intensioꝛ: ⁊ forma est minoꝛ siue remissioꝛ.

Sciendum secūdo q̃ formarū quedā sunt q̃ indiuisibiliter et tote simul acquirunt ĩ subiecto vt pz de anima rationali: ⁊ quedā sunt q̃ diuisibiliter ꝺm se et quālibet sui partem acq̃runtur: siue nate sunt acq̃rita q̃ ante q̃libet partem que acquiritur est acq̃sita aliqua pars: vt patet de lumine quod acquiritur successiue in aliquo cozpoze tenebꝛoso. Tamen talis forma p̃t partim diuisibiliter: et partim indiuisibiliter acquiri: vt si aliqua eius pars crearetur ⁊ tali pti create per motū naturalē p̃prie dictum alie partes adderẽtur: vt si aliqua pars luminis fuisset creata: ⁊ alie p̃tes per motum naturalē p̃prie dictuz et successiue fuissẽt adgenerate. Unde q̃ aliqua forma siue aliqua res habeat p̃mum instans sui esse: potest dupliciter intelligi. Unomodo q̃ ipsum sit in aliquo ĩstanti ⁊ ante illud instans nihil eius fuit acquisitum. Aliomodo q̃ ipsum sit in aliquo instanti et ante illud instans nō fuit: licet aliquid ei⁹ fuerit. ¶ Simliter dupliciter potest intelligi q̃ aliquid habeat vltimum instans sui esse. Unomodo: quia in aliquo ĩstanti sit: et nihil eius erit post illud instans. Aliomodo quia ipsum est in aliquo instãti: ⁊ nō erit post illud instãs: q̃uis aliquid ei⁹ erit. Isto notato sit.

Conclusio responsiua ad quesitum: forma ĩtenditur continue. patet: quia omnis alteratio est cōtinua: sed intensio forme est alteratio: ergo intensio forme est continua: et per consequens forma intenditur continue.

Dubitatur. Utrum forma intendatur p̃ depurationē a suo cōtrario: ⁊ remittaf p̃ admixtionē sui ꝛtrarij. Et vꝛ q̃ sic auctoꝛitate p. tertio topicoꝝ vicẽt]. Que ꝛtraria sūt min⁹ p̃mixta sūt magis talia: vt illud dꝛ albi⁹ q̃ ẽ nigro ĩpmixti⁹: q̃ ĩtẽsioꝛ albedo ẽ min⁹ p̃mixta nigredini: ⁊ remissioꝛ magis p̃mixta. ¶ Sc̃o sic ꝓmẽtatoꝛ dicit. v. phi. q̃ albū nō ẽ min⁹ albū nisi ex mixtione ꝛtrarij. ¶ In oppositū arguit. foꝛe ꝛtraria non p̃t eẽ sil'ĩ eodẽ subiecto ꝺm eãdē ptẽ: vt pz p diffinitionē ꝛtrarioꝝ: q̃ nulla forma intẽdit p̃mixtionē ei⁹ cum suo contrario. ¶ Ad istam dubitationē respondet simpliciꝰ q̃ forma suscipit magis et minus: et simiꝛ q̃ intenditur et remittitur per hoc q̃ magis vel min⁹ miscetur forme contrarie. Unde dicit q̃ quanto forma est magis permixta forme contrarie: tanto est remissioꝛ: et quanto est purioꝛ ⁊ minus permixta forme contrarie tanto est intensioꝛ. Et secundum istum mo- Opio simplicij.

dū dicēdī formā intendi: est ipam cū suo ꝯtrario mīꝰ miscerī. Et formā remitti ē ipam cū suo ꝯtrario magis miscerī. ¶ Sed ꝯtra istā opinionē arguit primo sic. alique forme intendūtur & silr remittūtur q̄bus nulla est forma ꝯtraria: vt ptz de lumine & visione. Lumē est aliquando est intēsius & aliq̄n remissius: & tamē lumi nihil ē ꝯtrario: igit. ¶ Secūdo sic. forme spūales habentes cōtraria intenduntur & remittuntur aliquādo sine permixtiōe ꝯtrarij: ergo etiā forme corpales intēdūtur et remittūtur sine pmixtione ꝯtrarij. Cōsa ptz p simile. Añs ptz: qr nisi sic seq̄ret q̄ aliq̄s carēs virtute & vitio sibi ꝯtrario nō posset acq̄rere virtutē illā q̄ caret autvicīū oppositū: nisi simul acq̄reret vtrūq; aut alterū i sūmo. Ons ē falsū: g & añs. Cōa ptz: qr ponat q̄ aliq̄s acq̄rat vicīū si illud nō est sūmuz: g erit remissum: & tñ nō erit pmixtū vtute ꝯtrarie qō repugnat dict̄ pdicte opinionis: vel habeat Cons illatū. s. q̄ simul acq̄rat vtrūq; ¶ Tertio sic. si sic seq̄ret q̄ nō fieret itensio forme nisi solū apparēter: Cons ē flm igit & antecedēs. Cōa ptz: qr forma q̄ dr itensior in reiveritate, nō ē itensior nec pfectior q̄ prius fuerit. sed solū apparet maior, ppter eī apparētiā. Sicut cū pānus lineus aq̄ madefactus ponitur ad solē, ppter corruptionē aq & humoris apparz albior q̄uis in reiveritate in se nō sit albior. ¶ Quarto sic si sic seq̄retur q̄ nunq̄ forma itenderet i aliquo subiecto: q̄n sil in eodē subiecto itenderet forma ꝯtraria et sic impossibile eēt aliq̄d fieri magis albū nisi ipz fieret prius magis nigrū qō ē absurdū & ipossibile naturaliter. Cōa ptz: qr cū albedo intēdit minꝰ miscet nigredini: g nigredo minꝰ miscetur albedini: & p Cons dū albedo intendit nigredo itendit. Ista vltima cōa ptz: qr impossibile ē q̄ aliq̄d sit mixtū alicui magis vel minus: g si albedo minus miscet nigredini nigredo etiā minus miscetur albedini: ergo si albedo intēdit nigredo intenditur. Ex dictis ptz.

Conclusio respōsiua ad dubiū q̄ forma corporalis non intēdit p depurationē eius a suo ꝯtrario: nec remittitur per admixtionē eius cū cōtrario. Ptz cōclusio per rationē post oppositum.

Ad rationes ante oppositum. Ad duas primas dr q̄ p permixtionē cōtrarij pōt intelligi ꝯpositionē ꝯtrarij cū alio: & illomō nō intelligūt p. & ptātor sua dicta. Vel ppermixtiones pōt itelligi maior conuenientia vel minor: siue maior discōuenientia vel minor. Et istomō intelligunt p. & cōmētator sua dicta. Unde sensus auctoritatis p. s. q̄ ꝯtrarij sunt impermixtio ra sunt magis talia ē iste. q̄ illa q̄ sunt minus conuenientia siue magis discōuenientia cū cōtrarijs sūt magis talia: vt illud dicit albius q̄ō minus cōuenit cū nigro vl magis discōuenit cū nigro. ¶ Sēsus aūt alterī auctoritatis. s. albū nō fit minus albū nisi ex mixtione ꝯtrarii ē iste. albū nō fit minus albū nisi p maiorē cōuenientiā cū nigro: vl p priuationē plurū graduū. Illa nunq̄ albū plurib⁹ gradib⁹ albedis caret q̄ magis albū.

Dubitatur secūdo: vtrū qualitates contrarie possunt se simul ꝯpati in eodem subiecto flm aliquos gradus earum. Et videtur q̄ sic: quia vnum contrariū est subiectum alterius: ergo contraria possunt stare in eodem. Antecedēs patet: q̄ bonum est subiectum mali. nam voluntas est bona: et est subiectuz mali: & tamē bonum & maluz cōtrariantur: igitur. ¶ Secundo si deus suspenderet actus contrariorum: tunc contraria possunt esse in eodem: sed deus potest suspendere actꝰ cōtrariorum: ita q̄ non agunt ad inuicem: ergo contraria possunt simul esse in eodem. ¶ Tertio sic. nulla sūt contraria: ergo questio presupponit falsum. Antecedēs patet: quia nec forme que sunt contrariantur: nec forme que non sunt igitur. Prima pars patz quia forme diuerse que sunt eidem subiecto vicissim inesse nō possunt: cum accidens non potest migrare de subiecto in subiectum. Secunda pars patet: quia q̄ nō sunt nulli contrariantur. ¶ Quarto sic: si contraria non possunt simul stare in eodem subiecto sed successiue sequeret q̄ possibile esset ignem frigefieri. consequentia patet quia aliter caliditas ignis non contrariaretur frigiditati aq̄ flm se vel sibi simile. falsitas consequentis patz per p. in predicamentis dicentem impossibile est enim ignē fieri frigidum. ¶ Quinto sic: possibile est certos gradꝰ contrariorum stare simul in eodem subiecto: ergo qualitates contrarie possunt simul stare in eodem subiecto. antecedens patet: quia duo gradus caliditatis et duo gradus frigiditatis: sunt gradus qualitatum contrariarum: et illi possunt simul esse in eodem subiecto: igitur. Minor patet: quia in aqua tepida que tēdit ad intensissimaz frigiditatē sunt gradus frigiditatis: et etiam in eadem sunt gradus caliditatis: igitur minor vera. ¶ Sexto sic. agens naturale non remittit vnam formam nisi causat in eius subiecto aliquid incompossibile illi forme flm aliquē gradū: ergo contraria possunt simul esse in eodez. ¶ Septimo sic. dicit p. sexto huius q̄ omne quod mouetur habz aliquid vtriusq; extremi: ex quo partim est in termino a quo et partim in termino ad quez. ergo omne quod alteratur habet aliquid vtriusq; contrarij. ¶ In oppositum arguit per diffinitionem contrariorum. ¶ Ad dubium dicitur q̄ impossibile est formas contrarias pro eodem tempore precise esse in eodem subiecto flm eandem partē naturaliter. patz per diffinitionem contrariorum. ¶ Secundo dicitur: q̄ impossibile est naturaliter aliquos gradus formarum contrariarum esse simul et semel i eodem subiecto flm eandem partem. patet: quia i quo cunq; sunt naturaliter gradus formarum contrariaz tanq̄ in subiecto in eodem sunt forme contrarie eo q̄ illi gradus non sunt gradus formaz contrariarum nisi quando sunt forme contrarie: sed impossibile est formas contrarias esse simul in eodem subiecto flm eandem partem naturaliter: ergo etiā impossibile est aliquos gradus formaz contrariarum esse simul in eodē subiecto flm eandem partē naturaliter. ¶ In istis aūt duobus dictis conueniunt omnes philosophi qui ponunt intensionem fieri per additionez gradus ad gradum: & q̄ gradus prius acquisitus maneat cum gradu posterius acquisito. Et q̄ remissio fiat per separationem gradus a gradu. ¶ Sed tamen isti in hoc differūt qua quidam eorum dicunt q̄ non quilibet gradꝰ vnius forme alterius forme sibi cōtrarie cuilibet gradui contrariatur: & q̄ contrarietas non solum attenditur flm spēm essentialē formeata q̄ non ois caliditas omni frigiditati contraria est. sed quedam caliditas est i eodem subiecto cum quadam frigiditate: sed attenditur contrarietas inter formas contrarias flm spēm numeri ipsoz graduū: ita q̄ si numerus graduū vnius forme eēntialis & numerus graduū alterius forme alterius spēi essentialis ꝯtrarie excedāt numerū denariū: tunc vna forma ꝯtrariatur alteri: vt caliditas ser graduū ꝯtrariat frigiditati ser graduū: ita q̄ nunq̄ possunt simul esse in eodē subiecto. ex quo numerus graduum caliditatis & numerus graduuz frigiditatis excedunt numerum denarium. Numerus enim denarī gaduum est tota latitudo vnius forme perfecte. Sed si numerus graduum vnius forme et numerꝰ graduū alterī nō excedāt numerū denariū: tūc tales forme nō

Opinio pma.

ꝓtrariaꝶ:sicut caliditas q̄ttuoꝝ graduū nō ꝓtrariaꝶ frigiditati quiqꝫ graduū:vel frigiditati sex graduū: sz ex caliditate quattuoꝝ graduū ꝛ frigiditate q̄nq; vl sex graduū ꝓstituiturvna q̄litas totalis q̄ dicit tepiditas Et vlterius dicūt isti q ꝫ in alteratiõe ꝓpriissime dicta nō remouet aliqs gradus vni⁹ q̄litatis ꝓtrarie q̄n itro ducaꝶ aliqs gradus alteri⁹ q̄litatis sibi ꝓtrarie vt ī calefactione aq̄ sil ꝛ semel remouet vn⁹ grad⁹ frigiditat⁹ et ītroducit gradus caliditatis:q̄ q̄dē gradus caliditatis ꝟm istos facit vnū cū nouez gradibus frigiditatis. Et sicut dicūt ō ꝑmo gradu:ita dicūt de alijs gradib⁹. Ex quo manifestū ē q ꝫ posito q ꝫ tota latitudo forme sit decē graduū:ꝛ q̄n corrūpit vnus grad⁹ forme ꝓtrarie ī troducit alⁱ⁹ gradus forme alteri⁹ spēi q ꝫ nunq̄ ꝑ̄ñt se ꝓpati ī eodē:nisi ꝟm grad⁹ quoꝝ numerus vtriusq; forme nō excedit numerū denariū. ¶ Sz tenēdo istā opinionē nō videt possibile qūo illi grad⁹ ꝑ̄ñt facere vnuz cū q̄libet horꝝ sit ens ī actu:et ex entibus ī actu diuersaꝝ rōnū nō fit vnū ꝑ se. Nec pōt dici q vnus ē ī potētia ad reliquū:sicut materia ē potētia ad formam: qꝛ ꝟm istos vnū accīs nō realiter inhereret alteri. Etiā nō vr vez q frigiditas nouē graduū nō repugnet caliditati vni⁹ gradus:qꝛ ꝓtrarietas cōuenit forme ex sua natura eēntiali:vt vr̄ dicere p.r.methaphisice. Et cum vna forma vni⁹ spēi ē silis actiuitatis cū q̄libet alia forma eiusdē spēi:nō sivna nata sit agere ī aliā vr q ꝫ q̄libet alia nata ē agere in aliā:qꝛ q̄cq̄d repugnat vni idiuiduo vnius spēi repugnat ꝛ alteri. ¶ Ista aūt opinio ꝓbabilis est ꝛ fundaꝶ ī q̄nta sexta ꝛ septīa rōnibus añ oppositum. ¶ Et ad illud q̄ñ argutū est de ꝓpositõe siue vnione illoꝝ graduū posset dici q vnus gradus vni⁹ spēi ē in potētia ad alterū.nō sicut subiectū ad illud cui⁹ est subiectū:sed ē in potētia ad aliū gradū sicut ad illō cū quo facit vnū per se. Et ad aliud dicūt q forma vnius speciei eēntialis non agit ī formā alterius spēi eēntialis corrūpendo eā:nisi numerus graduū vnius forme: numerus graduū alterius excedāt numeꝝ ōnariū. Et q hoc ꝑ̄dicatū.s.natū corrūpere nō cōuenit forme ꝟm rationē specificā eēntialē:sed ꝟm rationē specificā numeri graduū. ¶ De ista aūt opinione latius videbiꝫ in libro de celo:ꝛ in libro de generatiõe. ¶ Alia est opio dicētiū q ꝫ sicut totalis forma totali forme ꝓtrariatur ita q̄libet gradus vni⁹ forme totalis: cuilibet gradui alterius forme totalis sibi cōtrarie ꝓtrariaꝶ:ita q ꝫ q̄libet gradus caliditatis decē graduū cōtrariaꝶ cuilibz gradui frigiditatis decē graduū.et q ois caliditas oī frigiditati ꝓtrariaꝶ:ꝛ ecōtra.et q ꝫ ꝓtrarietas ē oppositio ꝟm spēm eēntialē:ita q ꝫ sivna forma vnius spēi esse tialis ꝓtrarietur alicui alteri forme alterius spēi eēntialis:tunc q̄libet forma eiusdē spēi eēntialis illi eidē forme alterius spēi ꝓtrariaꝶ. ¶ Et vlterius dicunt isti de ista opinione q ꝫ in alteratiõe ꝓpriissime dicta que ē de ꝓtrario ī ꝓtrariū.prius totaliter abijcitur forma cōtraria anteq̄ ītroducaꝶ alia forma vel aliqd eius in alterabili:vt in calefactione aq̄: anteq̄ caliditas totaꝶ siue aliqd ei⁹ introducaꝶ in aqua: ꝑus remouet totaꝶ frigiditas ꝛ q̄libet eius ꝑs.et postea ītroducitur successiue caliditas ꝛ additionē gradus ad gradū. Ita simiter in infrigidatiõe aq̄ prius corrūpit tota caliditas successiue:et postea successiue frigiditas introducitur:ꝛ sic ꝟm istos nec qualitates ꝓtrarie que sūt forme cōpletē ꝛ perfecte:nec gradus talū qualitatū ꝑ̄ñt naturaliter esse in eodem subiecto ꝑcise ꝓ eadē differentia tpis ꝟm eandē partē:sed tū bene possūt eē in eodē subiecto ꝟm diuersas partes:vt bñ cōcludit septima ratio añ oppositū. ¶ Ulterius dicit ista opinio q ꝫ nō q̄libet forma ē latitudis decē graduū:vt ꝑz de caliditate aeris:ꝛ leuitate aeris. Nā caliditas ignis est latitudis decē graduū. Et cū caliditas aeris nō sit ita intensa sz multo remissior:seqtur q ipa nō ē latitudis decē graduū. Nec caliditas aeris ꝓponiꝫ ex sex vel septē vel octo gradibus caliditatis:ꝛ duob⁹ vel trib⁹ gradibus frigiditatis penetratiue se habētibus. vt magis ꝑ̄ssi videbiꝫ in libro de celo ꝛ in libro de generatiõe Et sil⁹ dicēdū est de leuitate aeris. ¶ Ex isto ꝑz q̄d sit dicendū ad dubiū ꝟm ꝓdictas opiniões. ¶ Et ad ꝑmā rationē dubij ante oppositū dr̄ q malū malicia mor⁹ et bonū bonitate entis nō opponunt:immo vuū ꝛ idē est bonū bonitate entis et malū malicia moris. ¶ Ad secundā dr̄ q licet forme ꝓtrarie possunt sil esse in eodem subiecto ꝟm eandē partem supnaturaliter:nō tñ naturaliter. ¶ Ad tertiā dr̄ negando añs. Et ad ꝓbationem eius dr̄ q forma q̄ est cōtrariatur forme que ē Et ad ip̄robationē eius dr̄ q licet forma que est eadez in numero non posset naturaliter esse in eodem subiecto in quo est forma sibi contraria. tamē sil⁹ in spē que pōt esse:pōt esse in eodē subiecto ī quo est forma sibi ꝓtraria. ¶ Ad quartā dr̄ negando ꝓñam:qꝛ cū caliditas ignis ꝛ sil⁹ siccitas corrumpūtur:tunc etiā corrūpitur forma subst̄ialis ignis. ¶ Ad q̄ntā dr̄ primo ꝟm primā opinionē dicentē aliquos gradus caliditat⁹ et aliquos frigiditatis nō cōtrariari negando añs. Et ad ꝓbationē eius dicit concedēdo q ꝫ duo gradus caliditatis et duo gradus frigiditatis vel plures sunt ī eodem subiecto ꝟm eandem ptēvtpote in aliqua tepida sed tamen illi gradus nō cōtrariaꝶ: nec sunt gradus qualitatum cōtrariaꝝ. ¶ Aliter dicitur ꝟm aliam opinionē negando añs:ꝛ ad ꝓbationē eius dr̄ negādo q ꝫ aliqui gradus caliditatis ꝛ aliq̄ gradus frigiditatis: sint in eodē subiecto ꝟm eandē partē:sz bene sint ī eodem ꝟm diuersas partes. Unde tepidū ꝟm aliquā sui partē habet aliquos gradus caliditatis ꝛ nullos frigiditatis .et ꝟm aliam partē nō habet aliquos grad⁹ frigiditatis ꝛ nullos caliditat⁹.ꝛ ille qualitates mutuo agunt ꝛ patiuntur ad inuicē:ꝛ ꝓpter paruitatem partium in, qua, vna est caliditas ꝛ in altera frigiditas: et ꝓpter mutuā actionē illaꝝ ad inuicē: nō parcitur a nobis notabiliter ꝛ distincte que pars sit calida ꝛ que pars sit frigida:siue que habet caliditatem:ꝛ que habet frigiditatē.ꝛ tale corpus tepidū approximatū corpori calido ratione frigiditatis siue partis in qua est frigiditas:agit in corpus calidū actione corruptiua: et patitur ab eo passione corruptiua: ꝛ q̄n approximatur corpori frigido tunc rōne caliditatis siue partis in qua ē caliditas agit in corpus frigidum ꝛ patiꝫ ab eo. ¶ Ad sextā dicit negādo añs ꝟm secundā opinionē:imo agens naturale ꝑmo oēm gradū forme ꝑexistēs remouet anteq̄ aliqd in alterabili causat. ¶ Aliter rñdetur ꝟm primā opinionē cōcedēdo añs: ꝛ negādo ꝓñaꝝ quia gradus q causaꝶ q̄n alius remouet nō cōtrariaꝶ gradibus remanētibus:nec illi grad⁹ sunt grad⁹ q̄litatū ꝓtrariaꝝ. ¶ Ad septimā dr̄ ꝟm ꝑmā opinionē cōcedendo q oē q̄ mouetur hz aliquid vtriusq; extremi vt pote aliqd q̄ erat aliqd termini a quo siue forme abiiciende ꝛ aliqd q̄ erit aliqd termini ad quē siue forme acquirende:sed negaꝶ ꝓña:qꝛ illa q̄ sunt in mobili nō sunt forme cōtrarie nec gradus formaꝝ ꝓtrariaꝝ. Aliter dicitur ꝟm aliam opinionē q ꝫ omne quod mouetur habet aliquid vtriusq; extremi:hoc ē cōuenit quodāmodo cū vtroq; extremo:qꝛ illud q̄ mouet ꝑ quātō ē in potentia ad aliqd acq̄rendum se hz sicut se habeat ī principio motus vel ad aliquid deperdendum:ꝛ omne ipsum habet aliquid acquisitum se habet sicut se habebit in termino ad quem:vel aliquid deperdit sicut ī termino ad quem completo et perfecto motus et vltimus negatur ꝓña.

Opinio.ij.

uenitur solum in animalibus perfectis. Alij vero etiam inueniũtur in animalibus imperfectis: igitur motus localis est primus perfectione. Tum sexto: qz per motum localem nihil abijcitur de esse vel substantia mobilis vt ptz de motu celi: igitur ille est primus motum scdm perfectionem. Tum septimo. quia motus localis conuenit primo mouenti seipsum: puta celo: nõ aũt alij motus: igitur motꝰ localis est primus motuum scdm perfectionem. ¶ Quarta cõclusio: nullus alius motꝰ a motu locali potest esse continuus ⁊ perpetuus ꝑ Patet: quia quilibet alius motus a motu locali est inter terminos contrarios: non autem motus localis: saltem circularis: licz rectus bene sit de vno contrario in aliud contrarium. ¶ Nec valet primo dicere: qꝫ inter contraria potest bene fieri motus perpetuꝰ per reflexionẽ. Nam mutatiões que sunt ante reflexionem ⁊ post: non sunt vna mutatio sed tales contrariantur: ideo non possunt cõtinuari. Etiam mobile in termino reflexiõis quiescit: ⁊ ideo inter illas duas mutationes est medium: sicut inter generationẽ ⁊ corruptionem. ¶ Nec valet secundo dicere, qꝫ illi motus non contrariantur: quia motus ꝓtrarius quieti ⁊ nõ motui: qz eidez ben ⁊ cõtrariã ⁊ diuersa scdm aliud ⁊ aliud genus oppositionis. ¶ Ptz scda ꝯclusio: qz sicut est in generatione ⁊ corruptione: ita ⁊ in alijs. Phisicum est qõ silr se habet in oibus. Sed inter generationez ⁊ corruptionem est medium: alias immediate corrũperetur post qꝫ esset aliquid genitum: ⁊ sic frustra generatur: igitur inter omnes motus oppositos est medium: ⁊ per consequens nullus alius motus a motu locali potest esse perpetuus. ¶ Quinta conclusio: nullus alius motus a motu circulari põt esse perpetuus. Patet: quia oĩis motus localis vel est rectꝰ: et tũc non est perpetuus: quia fit supra spacium finitum: supra quod nihil potest perpetuo moueri. Vel est mixtꝰ ex recto ⁊ circulari, ⁊ tũc non est perpetuus: cum rectus nõ sit perpetuus. Vel est circularis: ⁊ sic est perpetuus. ¶ Sexta conclusio: Motus ante reflexõez et post reflexionem non sunt vnus motus cõtinuus: ¶ Probat primo sic Illi motus qui sunt contrarij non sunt vnus motus: sed tales motus sunt hmõi. Tum quia sunt ad contrarios terminos: puta vnus sursum ⁊ alter deorsum. Tum quia impediunt seinuicẽ. Nam si duo mobilia mouerentur, vnum ab a in b, et aliud a b in a per eandem lineam. Vel vnũ impediret aliud si esset fortꝰ. Vel mutuo se impedirent si essent eque fortia: igitur tales motus non sunt vnus motuus continuus. ¶ Probatur scdo: quia inter illos motꝰ opz esse quietem in puncto reflexionis: igitur nõ sunt vnus motus. Antecedens probatur primo supponenda, qꝫ in motu continuo est dare principium: medium: ⁊ finem: et medium in ordine ad finem dicitur principium: et in ordine ad principiuz dicitur finis. ¶ Secũdo supponendo qꝫ aliquid dicitur principiũ alicuius motꝰ dupliciter scz in actu ⁊ in potentia. Principium in actu est: in quo est mobile adequate: ⁊ vnde mouetur. Sed principium in potẽtia est in quo mobile põt eẽ adequate: ⁊ vnde põt moueri. ¶ Similiter finis in actu est: in quo est mobile adequate: ⁊ ibi quiescit. Sed finis in potẽtia est: in quo põt esse mobile adequate ⁊ ibi quiescere. ¶ Tũc formatur sic ratio. Illud quod est in aliquo loco in actu: est in illo per tempus: sed quod reflectitur ẽ in pũcto reflexionis in actu: ergo est in illo per tempus: ⁊ per consequens in illo quiescit. ¶ Item si mobile non fuisset in puncto reflectionis in actu: puta in a: tũc adhuc moueretur in puncto a: neqꝫ recederz ab a: cũ nihil recedat ab illo in quo nũqꝫ fuit in actu: igitur oportet mobile in pũcto reflexionis quiescere. ¶ Et si arguitur ꝓtra predicta ponẽdo qꝫ sint due magnitudines, s. a c et z i. ⁊ sit pars ipsius a c b c equalis z i. Tunc moueatur D super primam: ⁊ quando recedet a b E. eque velociter moueatur sup z i. recedendo a z. Tunc vel est idem nunc in quo D recedit a b, ⁊ E a z, ⁊ sic D. non quiescit in b. a quo tamen ꝓcedit: quod est cõtra predicta. Vel non ẽ idem nunc: ⁊ tunc sequit qꝫ E prius perueniet ad i qꝫ D ad c. quod est falsum. ¶ Ad hanc rationem dicitur negando casum: quia ponitur qꝫ D aliquando recedat a b: ⁊ per ꝓsequẽs qꝫ sit in actu in b: ⁊ tamẽ qꝫ moueatur cõtinue per a b: quod est impossibile. nam tunc esset solum in b in potentia. Et sic soluitur ratio zenonis. Nam licet infinita in actu non possint pertransiri: bene tñ infinita in potentia. ¶ Et si queratur an istãs trãsmutatõis debeat attribui posteriori passioni qꝫ ꝓpri. ¶ Ad hoc dz qꝫ dz attribui

Conclo ẽrta.

Tollitur eua sio prima.

Tollitur 'eua sio scda. i.

Phisicum est qõ silr se habet in oibus.

Conclusio. v.

Cõclusio. vi.

Probatio i.

Probatio ii.

In pũcto reflexionis necesse ẽ esse ẽ tem mediam

Quid principiũ ⁊ finis in motu: aut actu vel potẽtia

Obiectio ꝓ ea.

Solutio.

Dubium.

Solutio q̄ instans attribuitur posteriori passioni.

posteriori. Nā si aliquid fiat in instanti. tūc aliud est tempus in quo nō est: ⁊ aliud i quo ē interq̄ mediat instans. Vel ergo i illo instanti id quod ꝓducitur est: ⁊ sic habetur intentū Vel nihil eius est: ⁊ sic in illo non transmutaꝝ Vel aliquid eius est: ⁊ aliquid eius non est: et sic illa transmutatio esset diuisibilis quod est falsum. ¶ Probaꝝ tertio eadē cōclusio: qz si esset idem motus ante reflexionem ⁊ post tūc mobile moueretur in termino reflexionis et cum nō sit maior ratio quare moueretur motu accessus q̄ recessus: sequitur q̄ moueretur motibus cōtrarijs. ¶ Probaꝝ qrto: qz cū motu ante reflexionē: puta cū motu deorsū stat quies oppositā motui post reflexionem. ſ. motui sursum: igitur illi motus sūt vnus motus.

Probatio. ij.

Probatō. iiij.

Probatio. v.

Probatur quinto: qz tunc in eodem instanti aliq̄d fieret albū et non albuz: puta in instāti terminātē dealbationem in quo incipit denigratio. ¶ Probaꝝ sexto: quia motus ante reflexionem ⁊ post reflexionez cōtriantur sicut dealbatio et denigratio: igitur non sunt vnus motus. ¶ Sexta cōclusio. motus circularis est perpetuus. ¶ Probatur primo sic: qz motus circularis fit ab eodez in idem sine reflexione. ergo potest esse perpetuus: cū hoc non sit impossibile. Item motꝰ illi qui fiunt supra circulum a diuersis terminis non contrariātur: quia non fiunt supra spacium rectuz: igiꝝ possunt esse vnus motus. Probatur secundo: quia motus circularis potest perpetuari ⁊ reterari sine reflexione: igitur est perpetuus.

Probatio. vj.

Sexta conclo Probatio. i.

Probatio. ij.

¶ Ex ista conclusione sequunꝝ tria corelaria. ¶ Primum est q̄ in semicirculo non potest fieri motus perpetuus. patet: qz non pōt ibi fieri circulatio sine reflexione. ¶ Secūdū est: nullus alius motꝰ a circulari pōt esse perpetuus: quia quilibet alius est de contrario i contrarium. ¶ Tertium est: non est verus q̄ omnia semper alterātur: gn̄antur vel corrumpātur: qz tales motus sunt finiti. ¶ Septia conclusio: motus circularis est primus motuum. Probatur. Tū primo: qz vel motus localis est rectus: et tunc motus circularis est poꝛ et perfectioꝛ: qz fit supra spaciū circulare qđ est simplicius et sine interruptione. Vel ē mixtus ex recto ⁊ circulari: et tunc motus circularis est prioꝛ: quia simplex est prius compositō: igitur motus circularis est primus. Tū

Corelaria.

Conclo. vij.

Simplex ē ꝑ compositō.

secūdo: quia motus circularis est perpetuuꝰ neq̄ in eo est principium medium vel finis: quia in linea circulari sunt infinita puncta equaliter distantia a centro: inter que non est primum nec vltimum. Sed alij motus nō sūt perpetui: igitur motus circularis est primus motuum. Tum tertio: quia omnia mensurantur primo: et primum necesse est esse mensurā sed motus circularis est mensura aliorum: igitur est primus motuuz. Tum quarto: quia motus circularis est regularis cuz non sit velocioꝛ in principio q̄ in fine. Sed alij motus non sunt regulares: quia si sint naturales sūt velociores in fine. Si vero violenti sunt velociores in principio: igitur motus circularis est primus. Tum quinto: quia Empedocles ponit litem et amicitiam esse causas omniū motuum per segregationem et congregationem: que sunt motus locales: igitur motꝰ localis est primus. Item Anaragoras posuit mundum fieri per hoc q̄ elementa segregabātur a confuso chaos per intellectum diminum igitur posuit motum localem primum motuum. Item democritus posuit omnes motus fieri per motum localem athomalium: igitur posuit motum localem primum motuuz. Itē secūdum vulgares nihil proprie mouetur nisi quod mouetur localiter: igitur.

Via mensurātur primo: ꝛp̄mum mēsura aliorum est.

Probatur cōclo autoritatibus ātiquoꝝ.

Advero aliud. ¶ Iste est tertius tractatꝰ huius octaui in quo p.inquirit quis sit primus motꝰ. Et continet iste tractatus quattuoꝛ capitula: que videbūtur in processu. Primum capitulū continet tres ptes fm tres conclusiones. que in processu patebūt. Dicit ergo primo sic q̄ considerandū est primo vtrū sit motꝰ aliquis continuus aut non: ⁊ quis est ille: ⁊ quis ē primus motuum. Nam exquo est vnum primum mouens continuum hoc est infinitum siue perpetuum: ideo necesse est esse vnum motum continuuz ⁊ perfectum. Et exquo tria sunt genera motuum. ſ. motus ad quantitatem motus ad qualitatem: ⁊ motus ad vbi (vt oñ sum est quinto quius) et nec motus fm quantitatem nec fm qualitatem posset esse perpetuꝰ et primus (vt postea ostendetur) sequitur q̄ motus localis erit primus et perpetuus. ¶ Impossibile enim est. ¶ Hic p.ponit primā conclusionem que talis est q̄ motus p̄mus non est augmentatio nec diminutio. Prima pars patet: quia augmentatio presupponit conuersionem cibi in substantiam alitiqui cibus in principio est dissimilis et in fine similis: ⁊ hoc fit per alterationē precedentē augmētationē: g̃ augmētatio non est p̄mꝰ motus. Secūda pars pz: qz diminutio ꝑsupponit augmētationē: igiꝝ non est primus motus. ¶ At verosi. ¶ Hec est secūda ps capli i q̄ p.ponit secūdā cōclusionem q̄ talis est q̄ alteratio non est primꝰ motus. pz: qz

Prima cōclo.

Conclusio.ij. omnem alterationem precedit alterans: quod quidē alterans oportet primo approximari passo per motum localem antequ alteret ipsum: ergo motus localis precedit alterationem. T. Si igitur necesse. ¶ Hic p. ex duabus conclusionibus predictis infert tale correlarium q motus localis est primus motuum. Pz: qz motus primus vel est augmentatio vel diminutio vl alteratio: aut generatio aut corruptō aut loci mutatio: sz tria prima mēbra non possunt dici vt pz per conclusiones precedentes. Nec etiam alia duo: patet auctoritate antiquorum dicētium generationes ⁊ corruptiones fieri per rarefactionē et condensationem: que nō pñt fieri sine motu locali: sed motus localis potest fieri sine illis: vt pz de motu celi: ergo relinquitur q motꝰ localis est primus. T. Amplius et hinc. ¶ Hec est tertia pars capituli in qua p. anteq ponat tertiā conclusionem premittit vnā distinctionē dicens q multis modis motus potest dici primꝰ. Uno modo qz potest cē sine alijs motibus: sed non econuerso. Secūdo modo fm substantiā: hoc est fm perfectionē. Tertio modo fm tēpus

T. Quare qñ motum. ¶ P. hic ponit tertiā cōclusionem q talis est q motus localis est primus motuum fm tempus: fm ꝓñam subsistendi et fm subsistātiā siue perfectionē. Hanc cōclusionē probat p. septem rationibus: quaꝝ prima talis est. Motus localis est ppetuus ⁊ solū ille vt postea pbabitur: ergo motus localis ē primus motuū tpe. Ꝓña patet: qz perpetuū ē priꝰ tēpe non perpetuo. T. Secunda. ¶ Secunda rō est. Motus localis potest cē sine alijs motibus: sz alij nō pñt esse sine eo: ergo motus localis est primus motuū fm subsistendi ꝓñam. T. Sed in vno quidez. ¶ Hic p. remouet cauillationem. diceret enī aliquis q opz aīal ꝑus generari alterari ⁊ augmētari anteq moueaē localiter: ergo videtur q motus localis est postremꝰ. Ad hoc respondet p. q̄ lz in eodē cſcz in aīali in quo oīm generuz motus aliq reperiuntur) loci mutatio ipsius aīalis sit postrema: tū motus localis alterius (vtpote primi mobilis) oēs alios motus localis p̄cedit. T. Qñ igitur. ¶ Tertia rō est si generatio nō est ꝑma mutatio loci mutatio erit prima mutatio si aliq̄ sit prima mutatio: sed generatio nō est ꝑma mutatio: ergo si debeat cē aliqua prima mutatio: loci mutatio est prima Maior pz: qz generatio augmētationē ⁊ alterationez p̄cedit: vt patet in animalibus: ergo si ipsa nō ē prima nec aliqua illarū erit pria. ⁊ per ꝓñs reliquē si aliqua mutatio est prima q loci mutatio est pria. Minor pz: quia motus localis precedit generationē. T. Dino aūt videē. ¶ Quarta ratio ē: qz posteriora fm generationē sunt priora fm perfectionē: ex quo fm viam gñationis fiat processus de imperfecto ad perfectum: sed motus localis est posterior via generationis vt pz in animalibus q̄ prius generantur: deinde alterantur: ⁊ augmentant: ⁊ postea localiter mouent: ergo motꝰ localis est priꝰ fm perfectionē. Unde ex eo motus localis dicitur perfectior alijs motibus: qz qō mouet localiter est perfectius: cū ꝑmo mouet localiter: q̄ cū ꝑmo generatur: augmentatur: vl alteratur: vt aīal pfectionem virtutē habet qū primo pōt potentia propinq̄ mouere se localiter ad diuersas dīnas positionū: q̄ quando priꝰ generatur: alteratur: aut augmētat. T. Unde alia oīno. ¶ Quinta ratio est: i le motus q̄ solum reperitur in naturaliter perfectis est priꝰ via perfectionis q̄ alij motus q̄ magis reperiunt in imperfectis: sed sic est de motu locali q reperitur in corporibus celestibus: que sūt corpora perfecta alij aūt motus reperiūtur in impfectis: ergo motus localis est priꝰ alijs motibus perfectione. Ex ista ratione patet: qñ motus localis dicitur perfectior alijs, ſ. ratiōe perfectionis mobilis. T. Et qz nequaq̄ substantiam. ¶ Sexta ratio est. Ille motus est perfectior q̄ nihil abijcit de subña illius quod mouetur: ⁊ fm quē illud quod mouetur non mutatur fm eē eius: hoc est intrinsece: sed sic est ō motu locali ⁊ non de alijs motibus: quia per motū localē celi nihil abijcitur de substantia celi: ergo motus localis est priꝰ alijs motibus perfectione. ¶ Existo textu elicitur ista auctoritas q motus localis non est dependitiuus nec acq̄sitiuus alicuius quod inheret mobili. In isto aūtē textu fundatur opinio dicens q motꝰ localis nō distinguitur a mobili. T. Maxime aūt manifestū. ¶ Septima ratio est: ille motus est priꝰ nobilitate vel perfectione qui ineſt primo mouenti ſeiꝑm: et cui non insunt alij motus: sed sic est de motu locali celi quod est primum mouens seiꝑm cui non insūt alij motus: ergo motus localis est primus motuum perfectione vel nobilitate. Unde in proposito capitur celū pro aggregato ex intelligentia motrice: ⁊ orbe q̄ non faciunt vnum vnitate compositionis: sed p modum amantis et amati: intelligentia enī coassistit primo mobili in mouendo: et non ipsum informando.

Motus localis nō est dependitiuus nec acq̄situs alicuius qō inheret mobili.

Septima rō

Quid celū in proposito.

Que aūt loci mutatio. ¶ Istud est secūdū capitulū huius tractatus in quo p. intendit oñdere istā conclusionē q nullus alius motus a motu locali ē cōtinuus ⁊ perpetuus. Dicens primo sic q inquirenduz est que loci mutatio sit primus motus: ⁊ cum primus motus debeat esse perpetuus: ideo inquirēdū est quē motum localē possibile est esse perpetuum. T. Q̄dem igitur. ¶ P. hic ponit conclusionem suam que talis est q nullus alius motus a motu locali vnus ⁊ iō existens potest esse continuus et perpetuus. Conclusionem hanc probat p. duabus rationibus. Quarum prima est. nulla mutatio inter terminos oppositos potest esse continua et perpetua naturaliter: sed oīs mutatio alia a motu locali ē huiusmodi: ergo nulla alia mutatio a motu locali potest esse perpetua. ¶ Sz diceret aliquis q motus localis est intēr terminos cōtrarios: ergo etiā nō potest esse perpetuus. Ad hoc pz q omnis motus est ō contrario in contrariū: vt pz. v. huius. ¶ Ad hoc dicitur vno modo q̄ licet oīs motꝰ alius a motu circulari sit inter contraria: nō tamē motus circularis. ¶ Aliter dicitur q licet aliqua contraria inter que est motus impediant perpetuitatem motus: alia tamen contraria ad motum sufficientia non impediunt perpetuitatem motus. T. Contrarij aūt sunt. ¶ P. hic remouet tres cauillationes quarum prima ē q̄ licet deuno contrario ad aliud contrarium non est mutatio perpetua absq̄ reflexione: ex quo est distātia finita inter cōtraria: tū mutatio illa per reflexionē pōt perpetuari. ¶ Ad hanc cauillationē respondet p. dicēs q licet contingat fieri reflexionem inter contraria: tū nō est eadē mutatio ante reflexionē ⁊ post: eo q tales mutationes sūt cōtrarie: ⁊ sic nō pñt adinuicē cōtinuari. ¶ Etiam mobile in termino reflexionis quiescit: ergo nō est vna mutatio. ¶ Et similiter dicendū est de generationibus ⁊ corruptionibus ex quo inter generationē rei et corruptionem est tempus medium. T. Nihil enim differt. ¶ Secunda cauillatio est diceret enī aliq̄s q p. nō pbauit oēs mutationes nō posse perpetuari: cū solū pbauit de motibus q̄ fiunt inter contraria. ¶ Ad istud dicit p. q impossibile est mutationē inter contradictoria perpetuari: cum impossibile ē motus ad contradictoria eidem inesse. T. Non oportet autem. ¶ Tertia cauillatio est: diceret enim aliquis q motus contrariatur quieti: ergo non cōtrariatur motui: ⁊ per ꝓñs illi motus possunt continuari. ¶ Ad istō dicit p. q vnum bene opponitur diuersis fm diuersa genera oppositionis. Textus. Amplius in genera

Obiectio.

Solutio.

Cauillatio. i.

Solutio.

Cauillatio. ij

Solutio.

Cauilla. iij.

Solutio.

tione. ¶ Secūda rō ē: sicut ē in gñatione ⁊ corruptiōe ita ē in alijs motib⁹: sed sic est in gñatiōe ⁊ corruptiōe q̄ inter gñationē ⁊ corruptionē sibi oppositā ē tps medium: g̃ ita est in alijs mutationibus oppositis: g̃ nō pñt esse cōtinui ⁊ ppetui. Maior ē. pbat phūs p istā cōem auctoritatē quod phisicū ē (id ē naturale) fūr se habet in oībus. Minor ptz: qz tunc q̄n aliquid generaretur corrūperet: ⁊ sic frustra gñaret: g̃ iter gñationē ⁊ corruptionē sibi oppositā est tempus mediū. ¶ Cōclusio tn huius capi. ē falsa: quia fide tenemus omnem motum incepisse.

Phisicū est q̄ fūr se bz in oībus.

Quoniam aūt cōtigit esse. Istud ē tertiū capi. huius tractatus ī quo p. oñdit q̄ nullus motus p̄ter motū circularē pōt eē ppetuus. Et diuidit istō capi. in duas ptes fm duas cōclusiones. ¶ Prima cōclo quā ponit p. est ista: q̄ nullus motus localis alt⁹ a motu circulari ē ppetuus. pbat sic p. q̄. oīs motus local' vel est circularis vel rect⁹ vel mixtus ex circulari ⁊ recto: sed mot⁹ local' rect⁹: ⁊ motus localis mixt⁹ ex circulari ⁊ recto nō sūt ppetui. g̃ nullus alt⁹ a motu locali circulari ē perpetuus. Minor ptz quo ad secūdā ptez q̄: motus rectus nō ē ppetuus: g̃ nec mixt⁹. Quo ad p̄mā partē pz: q̄: mot⁹ rectus fit supra spaciuz finituz nō supra spaciū finitū nō pt esse motus ifinitus: ⁊ hoc nisi per iterādo motum: igit̄ motus rect⁹ nō ē infintus.

Cōclo prima.

T. Dō aūt ferē. ¶ Hec est secunda pars hui⁹ capituli ī qua p. ponit secūdā cōclusionez q̄ talis ē. q̄ nullus motus reflexus est vnus ⁊ cōtinuus cū motu p̄mo. Prohat sic p. q̄: motus reflexus ⁊ motus p̄mus sūt cōtrarij: g̃ nō sunt vnus ⁊ idē motus. Añs pz: q̄: illi motus fiunt fm dispōes ꝓtrarias. nā motus añ reflexionē fit deorsum: T. Sursum: ⁊ motus post reflexionē fit deorsum. T. Signum aūt. ¶ Hic p. pbat idē añs sic illi motus sūt cōtrarij qui mutuo se impediunt: sed sic est de motu ante reflexionē ⁊ post: igitur illi motus sunt cōtrarij. Minor ptz: q̄: si essent duo mobilia quoz vnum moueret ab a xpō b: ⁊ aliud ecōuerso supra eādē lineā: tūc illa duo mobilia sibiūicē obuiarent ⁊ pausarent si eēnt eq̄ fortis xtutis. Velvnuz ipediret alterz si essz maioris xtutis. T. Marie aūt. ¶ Secūda rō est inter motum reflexū ⁊ motū p̄mū necesse ē esse q̄tē in pūcto reflexionis: g̃ nō ēvnus ⁊ idē mot⁹ añ ⁊ post reflexionē. ¶ Probatione añtis supponit p. p̄mo: q̄: ī motu ꝓtinuo est dare p̄mū mediū ⁊ finē: qd̄ q̄dē mediū in ordine ad primū dicit finis: ⁊ in ordine ad finē dr̄ p̄ncipiū. ¶ Secundo supponit p. q̄ dupl'r pt aliq̄d dici p̄mū alicui⁹ mot⁹: scz p̄mū ī actu ⁊ p̄mū ī potentia. Primū ī actu dr̄ illō in quo mobile est adeq̄te q̄n incipit moueri. Sed p̄mū in potētia dr̄ illud in quo mobile pōt esse adeq̄te q̄n incipit moueri. Silr duplex est finis motus. s. finis in actu ⁊ finis in potentia. Finis in actu dr̄ in quo mobile est adequate q̄n nō amplius moueat. Sed finis ī potētia dr̄ illud in quo mobile pt esse adeq̄te anteq̄ dīmit mobili. ¶ Istis suppositis formaī sic rō. oē q̄ dz esse in aliquo loco in actu debet esse in illo p aliq̄d tps diuisibile: sed illud q̄ monet ante reflexionē debet esse in aliquo loco in actu: g̃ opz q̄ sit adequate in ipo per aliq̄d tps diuisibile: sed talis locus est ī quo ē mobile ante reflexionē: igit̄. Etiā si mobile moueatur ab a: per b ad c: nō est vez dicere q̄ simul accedat ad c: ⁊ simul recedat a c: ⁊ etiā q̄ sit in ipso b: ⁊ recedat ab ipso b. g̃ cū mobile puenerit ad c: nō quiesceret in c: nisi accederet ad c: qz mobile solū accedit ad illud ī quo dz eē ī actu. Nec etiā recedit a b: qz nunq̄ recedit aliq̄d ab illo in quo nō fuit dus in actu: g̃ in pūcto reflexiōis mobile quiesceret. T. Añ ad dubitationē. ¶ Hic p. remouet vnā dubitationē q̄ talis ē. Nā ponaī q̄ sint due magnitudines: q̄z vna sit e b c: ⁊ alia z i: ⁊ postrema ps p̄ie magnitudinis. s. b c. sit equalis toti magnitudini z i. Deiñ ponanī duo mobilia eq̄velociter mota. s. A ⁊ D. et moueaī a ꝓtinue a pūcto e vsq̄ ad pūctū b. ⁊ d mobile recedat a pūcto z. q̄n a recedit a b. vel g̃ ē aliō nūc in quo a recedit a b. ⁊ d recedit a z. ⁊ si sic: tunc d p⁹ p̄ueniret ad i. q̄ a ad c. qz p⁹ recedit a pūcto z: q̄ a a. puncto b. Sed istud vī incōueniēs: gvī eē flm qō dictū est scz q̄ ē aliud nūc in quo mobile accedit ad pūctū ⁊ recedit ab eoō pūcto ⁊ p ꝓns relinq̄tur q̄ sit iō nūc. Hāc dubitationē soluit p. negādo casū. Casus eī ponit q̄ a moueaī ab e in c p b ꝓtinue. ⁊ vltra ponit q̄ a aliq̄n sit in b mō h̄ sunt icōpossibilia: qz illud qō ꝓtinue moueī per b nō est in b nisi in potentia: ideo falsū est q̄ aliq̄d mouetur cōtinue per b ⁊ sit in b. Et subdit phūs q̄ similiter soluitur ratio zenonis qua. pbat q̄ non contigit aliquod spaciuz in aliquo tpe finito pertrāsiri: qz ñ contingit infinita pertransire: sed in quolibet spacio sunt infinita. igitur. ¶ Ad hoc respondet p. q̄ licet nō contingat infinita in actu pertransiri: tamen infinita in potentia possūt pertransiri: ⁊ illo mō sicut spacium pertransituz est infinitū: ita tps ⁊ motus sunt infinita fm potentiā diuisionis. T. Manifestū autē ē. ¶ Hic phūs mouet aliā dubitationē q̄ talis est. An instans transmutationis debeat attribui posteriori passioni aut priori. Unde p posteriorē passionem debemus intelligere terminū ad quē et per priorez terminū a quo ¶ Ad dubiū dr̄ q̄ si essent instantia indiuisibilia ⁊ trās mutationes indiuisibiles a suis terminis differentes tunc instans trāsmutationis deberet attribui posteriori passioni: qz si aliq̄d ꝓducaī in instanti tunc aliud est tps in quo nō est: ⁊ aliud in quo est: ⁊ sit tunc istās inter mediū inter illa tempa in quo ꝓducīt a: tunc ārgitur vel in illo instanti totū est: vel nihil eius est: vl' aliquid ipsi⁹ est ⁊ aliquid ipsius nō est: Si dicatur p̄mum habetur intentū. Nō pōt dici secūdū: qz sic in a nō trās mutaretur. Nec potest dici tertium: qz tunc illa transmutatio esset diuisibilis ex quo ipsum acquireret fm partē post partē. T. Rationabiliter autez ex his. ¶ Hic phūs ponit alias rationes ad. pbandum q̄ motus reflexus ⁊ primus non sunt vnus motus cōtinu⁹. Quaz p̄ma est: q̄: si esset vnus motus continu⁹ tunc mobile in termino reflexionis moueret: p̄ñs est falsuz ergo et antecedens. falsitas cōsequētis patet: qz tūc mobile moueretur motibus contrarijs: quia moueret et non esset maior ratio quare moueretur motu accessus q̄ recessus: vel econuerso: ergo ambobus motib⁹ moueretur. T. Amplius ⁊ ex his. ¶ Secunda rō est illi motus non sunt vnus cū quoz vno stat quies opposita alteri: sed sic est de motu ante reflexionē ⁊ post: ergo non sunt vnus motus continuus. Minor patet quia si aliquod mobile moueatur a loco deorsum ad locum sursum: et econtra. tunc motus ante reflexionem dicitur motus sursum: cum quo stat quies oppositi motui deorsum: et motus post reflexionem dicitur motus deorsum. cum quo stat quies oppositi motui sursum. T. Amplius autem ex his. ¶ Tertia ratio est: si sic sequeretur q̄ in eodem instanti aliquid fieret album et non album simul et semel. scilicet in instanti terminante de albationem in quo incipit denigratio: consequens est falsum: ergo et antecedens.

Dubiū plēbrū

Solutio.

Solmitur ītez rō zenonis.

Aliud dubiū.

Solutio q̄ instans attribuitur posteriori posseſſioni.

T. Amplius autem. ¶ Quarta ratio est: illi motus non sunt vnus qui sunt cōtrarij: sed sic est de motu ante reflexionem et post: ergo illi motus non sunt vnus motus. Minor patet: quia sunt ad terminos contrarios sicut motus de albationi set denigrationis.

Qui aūt in circulari Istō ē ārtū caplm huius tra-

Conclo.i.

etatus in quo p.oñdit q̄ motꝰ circularis est ppetuus et p̄mus. Et diuidit istō caplm in duas ptes fm duas cōclones. ¶ Pria ꝓclo est ista: q̄ motus circularis est perpetuus. Probat p. duabus ronibus. Quarū p̄ma est. Illud est possibile quo posito in esse nullū sequit impossibile: sed q̄ motus circularis sit ppetuus nullū sequit ipossibile: g̈ motū circularē eē ppetuū est possibile. Minoꝛ ptz: qꝛ ille motus q̄ est ab eodē i idē sine reflexione potest esse ppetuus: sed sic est de motu circulari: g̈ motū circularē esse ppetuū nō est ipossibile T. Nō enī oīs. ¶ P. hic remouet vnū dubium. diceret enī aliquis q̄ motus q̄ sunt abvno termino ad aliū terminū oꝛdine ecōuerso sūt ꝓtranj t nō sūt vnꝰ motus: sz sic est de motibus quoꝛvnus ē abvno semicirclo: t alius ab alio igit. ¶ Ad hoc dicit p. q̄ sz illi motꝰ sint contranj quoꝛvnus est abvno termino ad aliū terminuz: et alius ecōuerso si fiant supra spaciū rectū: nō tñ si fiant in spacio circulari. T. Et q̄ qđē in circulo. ¶ Secūda rō est ille motus pōt esse ppetuus q̄ pōt cōtinuari vltra ꝓcedendo: t in idē redeūdo sine reflexione: sz sic est de motu circulari t nō de motu recto: ergo motꝰ circularis pōt eē ppetuus t nō rectus. T. Quare neq̄. ¶ Hic p. p̄ir infert tria corrolaria: quoꝝ primū est q̄ nullus motus q̄ fit fm semicirculum aut poꝛtionē vimidij circuli pōt eē ppetuus: qꝛ ibi nō pōt fieri regressus de eodē in idē nisi p reflexionez: sz oñsum est priꝰ q̄ motus ante reflexionē t post nō sūt vnus motus: g̈ fm semicirculū nō pōt fieri motus ppetuus. T. Manifestū aūt t ex b. ¶ Secūdū corrolariū est q̄ nullꝰ motus alius a motu locali circlari pt eē ppetuꝰ. Ptz: qꝛ oīs motus alius a circulari est ō ꝓtrario. i ꝓtrariū: motalis nō pōt eē ppetuus: igit. T. Manifestū igitur. ¶ Tertiū corrolariū ē: q̄ falsū ē oīa sp moueri: t oīa eē in cōtinuo motu t fluxu: tā fm alkationē q̄ fm gñationē: t sic de aliis motibus. qꝛ oēs tales motus sūt finiti et termiabiles ad quietē: g̈ flim est oīa sp moueri.

Dubium.

Solutio.

Conclusio.

Quod autē lationū circu. Hec est secūda ps capituli in q̄ p. vult ꝓbare istā ꝓclōem. q̄ inter motus locales motus circularis est p̄mus. Probat p. q̄nq̄ rōnibus t auctoꝛitatibus. Prima rō talis est: oīs motꝰ localis vel est circularis vel rectus vel mixtus ex circulari t recto: sz iter oēs istos motꝰ: motꝰ circularis ē p̄mus. igit. Minoꝛ ꝓbat sic p. p̄mo q̄ sit ꝓꝛ motu mixtoꝛ: qꝛ simplex ē ꝓus ꝓposito: motꝰ aūt circularis ē simplex: mirtꝰ vo ꝓpositꝰ: g̈ motus circularis ē prior mixto. T. Recto aūt circularis. ¶ Hic p. oñdit q̄ motꝰ circularis ē prioꝛ recto: qꝛ motus circularis est simplicioꝛ t pfectioꝛ motu recto: g̈ est ꝓꝛ. Cōsequētia tenet qꝛ simplicꝰ t pfectꝰ est ꝓus minꝰ simplicꝰ t minꝰ pfecto. Assis ptz p̄mo q̄ sit simplicioꝛ: qꝛ fit in spacio circulari sine reflexione: viscōtinuatione: vl̄ iterruptiōe sic aūt nō est de motu recto: igit est simplicꝰ. q̄ aūt sit pfectioꝛ ptz: qꝛ ē incoꝛruptibilis: motus vo rectus ē coꝛruptibilis igit. T. Amplius prioꝛ. ¶ Secunda rō est: motus ppetuꝰ ē ꝓꝛ motu nō ppetuo: motꝰ circularis est ppetuus alij vo nō: igit motꝰ circlaris ē ꝓꝛ aliis. Et subdit p. q̄ illud q̄ mouet circulariter quodam mō q̄escit. Nā q̄escit fm q̄d vtpote q̄ete opposita motu recto: cum videtur sp manere in eodē loco. T. Cā aūt est. ¶ Hic p. assignat cām q̄re in linea circulari et i motu circulari non est principium: mediū: nec finis: qꝛ i tali motu aliquid dicit moueri respectu cētri. t circumre centrū qō equaliter respicit pūctū quodlibet: t eq̄liter distat ab eo: t cū in linea circulari sūt infinita pūcta nō est magis assignandū principiū mediū aut finē inuno puncto q̄ in alio. t per oñs motus qui fit fm illam lineā est ppetuus t ꝓꝛ nō ppetuo. T. Accidit aūt. ¶ Tertia ratio est: mēsura est ꝓꝛ mēsurato: sz motus circularis est mensura aliox motuū. igitur ē ꝓꝛ. Maioꝛē. pbat p. q̄ istā cōem auctoꝛitatē oīa mensurātur p̄imo: t p̄imū est mēsura aliox. T. Amplꝰ aūt. ¶ Quarta rō est. motus regularis est ꝓꝛ motu irregulari: sed motꝰ circularis ē regularis: aliꝰ vo nō. igit motus circularis ē ꝓꝛ aliis motibus. Minoꝛē. pbat sic p. q̄ motus circularis nō est velocioꝛ in p̄cipio medio aut fine: aut ecōtra. sed motus recti si sint naturales sunt in fine velocioꝛes q̄ in p̄ncipio: si aūt sint violēti tūc sūt in fine tardioꝛes q̄ in p̄ncipio: t p ons sūt irregulares. T. Q. aūt fm locū. ¶ Hic p. quita rōne. pbat dictā ꝓclōem plurib⁹ auctoꝛitatibus. ꝓmo auctoꝛitate Empedoclis ponētis litē t amicitiā esse p̄ncipia motuū p segregationē t cōgregationez que sūt motus locales: fm ipm igit motus localis est ꝓꝛ aliis motibus. Secūdo auctoꝛitate Anaragoꝛe dicētis omnia fuisse in vno cōfuso chaos a quo p intellectuz diuinū segregabant: q̄ segregatio dicit motus localis igit. Tertio auctoꝛitate democriti ponentis p̄ncipia reꝝ esse corpa athomalia que segregabant t cōgregabant: t p talem motū dicebat fieri gñationes t coꝛruptiones. ¶ Etiā ponentes vnū p̄ncipiuz materiale direrunt motuz localez esse ꝓꝛē. ¶ Silr plato ponēs aīam mouere localiter coꝛpus: dixit motū localem eē ꝓꝛē. Etiā fm opinionem vulgariter loq̄ntū nihil ōr ꝓprie moueri nisi quod mouetur motu locali: igit motus localis est p̄imus motuum.

Ōia mēsurantur p̄mo: t p̄imū mēsura aliox est.

Probat ꝓclō auctoꝛitatib⁹ antiquoꝝ.

Simplex ē prius cōposito.

Queritur vtrū oē quod reflectitur in pūctō reflexionis quiescat. Et videtur q̄ non: qꝛ si faba ꝓjaciatur sursū cui obuiat molaris descēdens tunc faba reflectetur: t tñ in puncto reflexionis nō quiescit: igitur non oē q̄ reflectit̄ in puncto reflexionis q̄escit. Minoꝛ patet: qꝛ si faba in pūcto reflexionis q̄esceret tūc molaris q̄esceret. hoc autez falsum: ergo non omne q̄ reflectitur in puncto reflexionis q̄escit. ¶ Secūdo sic. pila ꝓiecta ꝓꝛa terram reflectitur a terra: t tñ nō quiescit in puncto reflexionis: g̈ nō omne quod reflectit̄ i puncto reflexionis quiescit. Minoꝛ ptz: qꝛ si quiesceret tunc queritur a quo itez moueret sursū. Non enim a terra cum hoc esset pulsu vel tractu: quoꝝ nullus est dicendum: igitur non mouet a terra. Nec etiam ab aere ꝓtinente: qꝛ aer iam quieuit. Nec etiam ab impetu quia postq̄ illud q̄ mouetur q̄euit iam cessat impetꝰ ergo si illud ꝓiectum q̄esceret in puncto reflexionis: t postea moueretur: tunc a nullo moueretur. ¶ Tertio sic: deus pōt sine tempe intermedio mouere aliq̄d reflectendo ipm: cum hoc non sit maioris potentie q̄ ipsum annihilare: ergo nō omne q̄ reflectitur oꝛtet i puncto reflexionis quiescere. ¶ Quarto sic: si lancea pendeat ad trabē t musca ascendat eam: t in illo ascēsu cadat lancea deoꝛsum: tunc musca mouetur motu reflexionis: et tamen in puncto reflexionis musca nō quiescit: ergo non omne quod reflectitur in pūcto reflexionis quiescit.

In oppositū videtur esse p. in tertio tractatu huius viij. ꝓbans per hoc q̄ motus rectus non potest perpetuari: quia ex motu ante reflexionem et post reflexionem non potest fieri vnus motus totalis: et inter illos cadit tempus medium. Ꝓꝛo solutione questionis.

Quis punct⁹ reflectionis naturalis t violētus.

Sciēdū est q̄ dupler est punctus reflexionis: scilicet naturalis et violentus. Naturalis dicitur ille ad quem mobile naturaliter mouetur si non impediretur: et a quo naturaliter reflectitur. Sed violentus dicit ille a quo aliquid reflectitur contra naturam eiꝰ: ita q̄ mobile nō mouebatur naturaliter vt quiesceret

Obiectio

in illo. In pñcto aũt reflexiõis violẽto nõ opz illud qõ reflectiẽ q̃escere vt bñ ꝓbãt pria ⁊ q̃rta rões añ oppositũ. In pũcto ẋo reflexionis naturaliter mobile añ reflexionẽ naturaliter quiescit: licet hoc nõ oporteat supnaturaliter: vt bene ꝓbat tertia ratio añ oppositũ. ¶ Sz diceret aliquis: q̃ p. facit talẽ rõnez q̃ si tale mobile in puncto reflexionis nõ q̃sceret: sequereẽ q̃ mobile moueret siue recederet a termio ĩ quo nũq̃ fuit: qõ vr̃ impossibile. Loña patet: qr si a moueaẽ ve b. ad c: ⁊ reflectaẽ ve c. ad b. tunc si a. nõ quieuit in c. nunq̃ fuit in c et tamẽ moueẽ a c. ¶ Ad hoc dicẽ: q̃ lz a. nõ fuerit in c. actu: tñ bene in potẽtia qr potuit manere in puncto per aliquod totũ tp̃s: ⁊ si ibi mansisset fuisset actu in c per illud totũ tp̃s. ¶ Etiã potest dici: q̃ a nũq̃ fuit in c precise ⁊ adequate sm se totũ per aliqõ totum temp9 cum totũ mobile qõ moueẽ localiter q̃ diu mouet est in loco maiori per aliqõ tp̃s: ⁊ per nullũ totum tp̃s est in loco sibi equali: vt satis concludebat ratio zenonis posita in fine. vi. p. Sed tñ pars ipsius mobilis per aliquod tp̃s fuit in puncto. c. ¶ Sed quereret tũc vlteri9 aliquis ponaẽ q̃ aliquid sic reflectaẽ violẽte sine quiete media ꝓpter corpus sibi obuiãs: vtrũ illud q̃ reflectitur tãgat illud corp9 sibi obuians. Nõ põt dici q̃ nõ cum tunc nõ fieret reflexio. Nec põt dici q̃ sic: qr si tangeret tunc qñ tãgeret esset in loco sibi equali: ⁊ p ꝓns quiesceret: qõ ẽ ꝓtra positũ. ¶ Ad hoc dr̃: q̃ illud qõ reflectiẽ violẽte nõ tangit illud qõ sibi obuiat in aliquo toto tempore: nec ĩ aliqua tota pte tp is capiendo totñ sincathe. sed tñ tangit in aliqua parte tẽporis in diuisibli: sic q̃ p nullã partẽ totã tpis. Isto notato sit

Conclusio. ¶ Si aliq̃d moueẽ ad aliquẽ terminum naturaliter vt ĩ illo termio q̃sceat ⁊ ab eo reflectitur naturaliter nisi ĩueniat impedimẽtum ĩ termino reflectiõis q̃sciti. Ista ꝓclo pz ex expositõe text9

Dubitatur. ¶ Primo vtrũ mot9 naturalis sit velocior in fine q̃ in pricipio. Et vr̃ q̃ nõ: quia mobile citius moueẽ p mediũ rari q̃ p mediũ densi9: sz sic ẽ q̃ illo qõ moueẽ naturaliter: aliq̃n moueẽ p mediũ dẽsi9 circa finẽ mot9 q̃ erat mediũ circa pncipiũ motꝰ igr̃ mot9 naturalis nõ ẽ velocior ĩ fine q̃ ĩ pncipio. ¶ Scõo sic ẋt9 motiua nõ ẽ maior ĩ fine q̃ in pricipio cũ nõ vr̃ a quo fortificareẽ: igr̃ mot9 naturalis nõ ẽ velocior in fine q̃ ĩ pricipio. ¶ In oppositũ ẽ p. in tertio tractatu huius octaui: per hoc ꝓbans motuz circularem esse primũ: qr talis est regularis: rectus vero non ita quidã est velocior in fine q̃ in principio sicut motus naturalis: quidã vero econuerso: sicut motus violentus. ¶ Ad dubiuz dr̃ q̃ motus localis naturalis: q̃ fit per medium vniforme: hoc est equaliter densuz vel equaliter rarũ in omnibus suis partib9 est velocior in fine q̃ in pricipio: ⁊ hoc ꝓuenit exeo qr in illo mobili causata est quedã qualitas in mobili que vocaẽ impetus: actiue cõcurrens ad motũ: que quidẽ qualitas nõ fuit in pricipio motus: ⁊ q̃tuz mobile magis accedit ad terminũ ad quem tantũ illa qualitas magis cõcurrit: igitur mot9 naturalis velocior est in fine q̃ in pricipio. Hec autẽ causa a famosis doctorib9 datur. ¶ Alia tamẽ causa potest dari: q̃ ex eo motus naturalis est velocior in fine q̃ in principio quia mediũ magis resistit in pncipio q̃ in fine: cum plus sit de medio inter mobile ⁊ terminũ ad quẽ in pricipio mot9 q̃ in fine: modo totum est maioris resistentie q̃, sua pars. Nam si aliquid debeat mouen motu naturali decem pedũ magis resistit aer decem pedũ q̃ aer q̃nq̃ pedum: ⁊ aer quinq̃ pedũ q̃ aer vnius pedis ⁊ hoc clarius potest videri de aqua. Et iõ si nõ esset aliquod medium resistens siue actiue inclinãs ⁊ concurrẽs ad impediendũ motum ipsius mobilis vtpote si poneretur vacuum quodam spacium separatum inter ignem ⁊ terram: tunc si lapis moueretur deorsum: nõ citius moueretur in fine q̃ in principio: cum ibi non sit maior virtus motiua in fine q̃ in principio: cum motus localis non est deperditiuus de perse nec acquisitiuus. ¶ Etiam si virtus motiua esset maior in fine hoc maxime esset ꝓpter talem impetum quem aliqui ponunt sed ille non est ponendus: cum non videtur a quo causaretur: vel per quid destrueretur: ⁊ hoc maxime dum modo fieret motus in vacuo: si autez fieret motus per plenum tunc talis impetus posset destrui a medio resistente posq̃ mobile est in loco naturali De motu autẽ alterationis acquisitiuo clarum est: q̃ est velocior in fine: q̃ in principio: dumodo qualitates actiue acquiruntur: quia in tali alteratione semper augmentatur virtus actiua siue alteratiua: ⁊ diminuitur resistentia. ¶ Et ad primam rationem dubij dicitur: q̃ dictuz phi intelligitur: dũmodo mediũ sit vniforme quo ad densitatem vel raritatẽ. ¶ Ad scõaz dicẽ: q̃ licet virtus motiua non sit maior siue intentior in se tamẽ virt9 resistiua est minor. Etiã posset negari q̃ virtus actiua non sit maior tenendo q̃ causetur impetus in mobili.

Quid prior ⁊ posterior passio.

Dubitatur. Scõo. vtrum instans transmutationis debeat attribui posteriori passioni. ¶ Ad dubium dicitur q̃ per posteriorez passionez debemus intelligere in proposito terminũ ad quem transmutationis: siue talis transmutatio fuerit acquisitiua: siue deperditiua. Et p priorẽ passionẽ debem9 intelligere terminũ a quo. Unde aliq̃ ꝓpter istud dictũ p. scz q̃ istãs est attribuendum posteriori passioni crediderunt q̃ p. voluit ponere instantia indiuisibilia: ⁊ etiam crediderunt q̃ est dabile primũ instãs in quo res nature pmanentis est: sz nõ est dare vltimũ instãs in quo ipa ẽ. Et hoc tãq̃ pncipiũ tenuerũt. Añ ponũt quatuor regulas de re pmanẽte: duas de esse: ⁊ duas de non esse.

Opinio quorundam.

Prima regla ꝺ pmanẽtib9

¶ Prima regula est: q̃ rei pmanẽtis dabile est pmũ instans sui esse. Probãt sic. qr res pmanẽs ꝓducit in eẽ per alterationẽ p̃cedentẽ: ⁊ tunc in instãti terminate illã totam alterationẽ, res pmanẽs est aut nõ. si sic: habeẽ intentũ. si nõ tunc opz preter illã alterationẽ totalem eẽ vnã aliã alterationẽ que ꝓducit in eẽ: qõ nõ est vicẽdũ. ¶ Scõa rla talis: q̃ rei pmanẽtis nõ est dabile vltimũ instãs sui esse. Patz: qr si eẽt dabile vltimuz instans sui esse cum sit dabile primum instans esse forme sequentis: tunc queritur: ant est vnum ⁊ idem instans: aut aliud ⁊ aliud. Non primuz: qr tũc idez simul ⁊ semel: puta eadẽ materia informareẽ formis specifice distinctis. Si fm: cũ inter quecũq̃ duo instãtia mediet tp̃s: tunc in illo tpe materia erit sine forma: qõ ipossibile est naturaliter. ¶ Tertia rla est. q̃ rei pmanẽtis non est dabile vltimũ nõ esse. Patet: qr est dabile primũ instans esse: ergo nõ est dabile vltimũ instans non esse. Consequentia patet: quia tunc vel esset vnum ⁊ idem instans vel aliud ⁊ aliud. Non primuz: quia tunc simul esset et non esset. Si secundum: cum inter illa duo instantia mediet tempus: ĩ illo tempore nec res erit nec non erit. ¶ Quarta regula est: q̃ rei permanentis est dabile primum instans non esse post esse. Patet: qr est dabile primum instans forme permanentis sequẽtis corruptionẽ prioris forme: ⁊ illud ẽ primũ istãs nõ eẽ forme p̃cedẽtis: igr̃. ¶ Ponũt etiã ꝓformiter q̃tuor rlas de reb9 successiuis. ¶ Quarũ pria ẽ q̃ rei successiue nõ ẽ dabile primũ istãs eẽ. Pz: qr fit in tpe. ¶ Secũda est q̃ nõ est dabile vltimũ istãs eẽ rei successiue. ¶ Tertia regula est: q̃ est dabile vltimum instans non esse rei successiue. ¶ Quarta est quod est dabile primum instans non esse post esse rei successiue. Et probant istas regulas conformiter sicut precedentes.

Scõa regula

Tertia regla

Quarta rla.

Quatuor rle conformes ꝺ successiuis.

¶ Contra quos ponuntur due conclusiones: quarum

Confutatões

Conclo.pma. Pila talis est: si essent instantia indiuisibilia et transmutationes indiuisibiles: a suis terminis differētes instans transmutationis attribueretur posteriori passioni. patet. quia ponatur q̄ a producat in instanti et indiuisibiliter: tunc est dare tēpus in quo a nō est: et tps in quo a est: et sit b instans medium inter istaduo tpa in quo a producat per aduersarium: tunc vel in b instanti totum a est. vel nihil eius est: vel aliquid ipsius est: et aliquid ipsius nō est. Si det primus habetur propositū. Non potest dici scōm: quia sic a non transmutaretur in illo instāti: cuz nō se haberet aliter q̄ se habebat in tēpore precedente. Nec potest dici tertiuz

Conclusio.ij. q̄a tunc illa transmutatio esset diuisibilis: ex quo in a acquiretur pars post partē: et istud itendit phūs octauo huius. Etiam si vna pars a esset: et alia non esset tunc a: nō esset. ¶ Secunda conclusio. Si essent instātia indiuisibilia et mutatiōes indiuisibiles a suis terminis differentes: instans transmutationis esset attribuendum priori passioni: ita q̄ illud qō generaret in illo instanti in quo generaret non est. Ptz. quia vel illud esset totaliter in illo instanti in quo generatur: vel nihil eius est in illo instanti: vel vna pars eius est: et alia non est: sed fieret. Non potest dici tertium propter causam dictā in precedēti conclusione. Si vero dicatur scōm habetur propositū. Si primum: tunc duo inconuenientia sequētur. Primū est: q̄ illa generatio non differt a termino ad quez qui est esse perfectuz ipsius a: qō est contra positionē ipsius aduersarij Scōm est: q̄ in illo instanti illud nō generaretur: sed esset perfecte genitū: quia omnino ita se haberz sicut in tpe sequente: et sic nō magis generaretur in illo instanti q̄ in tpe sequenti: et tamē in tēpore sequēti nō dicitur generari sed esse genitū: igitur nec in illo instāti. Etiam sexto huius dicit: q̄ illud qō mutatur dū mutat non est ī illo ad quod mutat. Frustra enim mutaretur ad illud: si iam perfecte esset in illo. igitur illud quod generatur q̄n generatur non est. ¶ Ex istis duabus conclusionibus sequit correlarie q̄ impossibile est esse in tēpore instantia indiuisibilia: et transmutationes indiuisibiles a suis terminis differentes. patet. quia illud est impossibile ad quod cōtradictoria sequūtur: sed ad positionem instantiū et transmutationum indiuisibiliū sequunt contradictoria: cuz sequat q̄ in eodem instanti res esset: et ipsa eadē non esset. Etiaz sequeretur q̄ instantia essent sibi inuicē immediata et non essent sibi inuicem immediata. ¶ Sed istis nō obstantibus: ex quo dictum est prius q̄ pūcta sunt in lineis: et instantia in tpe que nō sunt res indiuisibiles sed puncta sunt partes linee: et instantia pūt dici par-

Alia conclo. tes tpis: cum instās pro tpe pūti capi posset qō terminat et continuat nō primo: sed indiuisibiliter: quia nō est diuisibile in plura quoruz quodlibet terminat aut continuat. ¶ Ideo ponitur alia conclo: scz q̄ est dare instans in quo a primo est: et in quo a vltimo ē: posito q̄ a indiuisibiliter fiat et indiuisibiliter corrūpat ptz. quia si a duret precise per vnā totā horam: tūc instantia terminantia illā horam sunt prima pars eius et vltima: et a primo est in illa pria parte: ex quo in illa prima parte est et nō erat ante q̄ iceperat illa prima ps. Et similiter a est in illa vltima parte: cū aliter nō esset ī illa tota hora. Et sicut a dicit esse in primo instāti et

Questio. etiam in vltimo ita dandū est etiam vltimū instās in

Solutio quo a non est ante q̄ esset: et post esse eius est dādum primum instās in quo a nō est: et ante eius inceptionez fuit. ¶ Sed tūc quereret aliquis. an sit dare aliqō totum tps: in quo res primo est: capiendo totū cathegoreumatice. ¶ Ad hoc dicit: q̄ ē dare aliqō totū tps in quo res primo est: loquēdo de prioritate quo ad inceptionem. pz. qz si sortes duret precise per vnā horā et diuidat illa hora in decē partes: tūc prima pars est tps in quo sortes primo est: sic q̄ ipse non fuit ante q̄ illud tps incepit: nec prius incepit esse q̄ illud tps incepit esse. Ita etiā est dare tps in quo sortes vltimo ē vt puta vltima pars illi⁹ horze: quo ad desitionē. Nam sicut illa pars est vltima quo ad desitionē sic q̄ post desitionē illi⁹ nihil illi⁹ tpis desinet esse: ita sortes post illud tps nō desinet esse: nec aliquid ei⁹. Sed tū impossibile est esse aliq̄ rē primo in aliquo toto tpe [capiēdo ly totū sincategoreumatice: et ly prio aduerbialiter vt determinet illud verbū esse: et hoc quo ad desitionem tpis] ptz. quia detur illa ps in qua illa res primo dicitur esse tunc in medietate illius temporis primus fuit: et adhuc pri⁹ in medietate illius medietatis: igit. Et sicut nō est dare primū instās quo ad desitionē ata nō Questio est dandū vltimum quo ad inceptionē. Si tū totū caperet cathegoreumatice: tūc bñ eēt aliqō totū tps in Solutio. quo res prio eēt: capiēdo pmo aduerbialit: vt puta me dietas tpis ī quo res dr eē. ¶ Quereret ei aliqs: si deꝑ ꝓduceret hoiem totū simul: an illa productio esset idiuisibl' cū illa ꝓductio nō sit aliud q̄ homo producꝰ q̄ est diuisibilis. ¶ Dicit q̄ illa productio est ꝓductio i diuisibilis: sed tū nō est res indiuisibilis: qz illa productio fit indiuisibiliter et tota simul.

Ad rationes questionis. ¶ Ad primā tertiā et quartā patent solutiones ex dictis. ¶ Ad scōam dicitur: q̄ pila sic ꝓiecta ad terrā reflectit ab impetu impresso a proiciente et talis pila [vt aliquib⁹ placz] quiescit in puncto reflexionis: eo q̄ partes posteri⁹ terraz non tāgētes mouent ad terrā: et sic resistunt partibus priozibus terrā tangentib⁹ ne sine quiete recedant a terra: hoc pōt experimētaliter videri de lapide ꝓiecto contra murū: qui ꝓpter violentiā partiū distantiuz a muro frangit: et tandez partes posteriores ad murum mouent. Ex quo pz: q̄ partes posteriores priozib⁹ resistunt ne ad oppositum moueantur.

¶ Quintum capitulum in quo agitur de impartibilitate primi motoris. Conclo.i.

A videndā impartibilitatē primi mouētis ponunt aliq̄ cōclones. ¶ Prima est: impossibile est mouēs finitum scōm durationē mouere per tempus infinitū probat primo supponendo. q̄ mouens finitū puta. a. non potest mouere mobile puta b. per tēpus infinitū. c. ¶ Secūdo supponēdo q̄ medietas ipsius. a. mouebit medietatē ipsius. b. in minori tpe q̄ c. ¶ Tertio supponēdo q̄ auferēdo ab. a. eq̄les partes tādē cōsumit Similit auferēdo a. b. eq̄les ptes ¶ Tunc sic arguit: si a. moueat b. per tēpus infinitū: medietas ipsius a. mouebit medietatē b. per tēpus minus qō erit finitū: ergo sicut illa medietas bis sumpta reddz totū a. ita tēpus finitū bis sumptū reddet totū tēpus in quo b. mouebit et sic illud tēpus erit finitū ¶ Secūda cōclusio: virtus infinita nō pōt esse in magnitudine finita. Probat primo supponendo: q̄ maior virtus in minori tpe pficit effectū q̄ minor virtus: et sic potētia infinita mouet mobile ī mi- Conclo.ij.

nori tempore q̄ finita. Secundo supponēdo q̄ omne qđ mouetur mouet in tēpore finito. Tūc sic arguit. Si in magnitudine finita eēt virtus infinita tunc virtus finita et virtus infinita eque cito moueret: quod est impossibile. Probatur consequentia: quia si virtus infinita moueat a: mouebit ipsum in tempore: et virtus finita mouebit ipsum in maiori tpe Ponatur ergo q̄ hoc sit in tempore maiori in millecuplo maiori q̄ illa finita que sumpta ē: tunc ipsa eque cito mouebit sicut virtus infinita: quod est impossibile. ¶ Tertia ꝯclusio In magnitudine infinita non potest esse ꝝt⁹ finita. probatur. Tum primo: quia si in magnitudine infinita a b: sit virtus finita: tunc in parte eius finita erit virtus minor: in certa proportione: ponatur ergo q̄ hoc sit in millecuplo tunc in parte ipsius a b: que erit in millecuplo maior erit tanta virtus sicut in tota magnitudine finita quod est impossibile. Tum secūdo: quia talis virtus mouebit aliquod corpus in aliquo tempore. et illud idem corpus mouebitur a virtute corporis finiti in aliquo tempore licet minori: ponatur ergo q̄ hoc sit in minori tempore in centuplo: et accipiat̄ aliud corpus maius in centuplo: tunc eque cito mouebitur aliquod corpus a virtute corporis finiti: sicut corporis infiniti quod est impossibile. ¶ Quarta conclusio. corpus proiectus post exitū a manu proiicientis non mouetur ab aere moto a proiciente: neq; ab aere ipm proiectū velociter insequēte: sed mouet̄. qz aer propinquus ꝓiicienti mouetur a ꝓiciēte et iterū ille mouet alterū: et sic consequenter. ¶ Prima pars pz: qz non videtur qđ mouet aerē postq̄ ꝓiciēs desinit mouere cū tal' aer nō moueat̄ a se. ¶ Secūda pars pz: qz si b̄ esset verū: oporteret vno moto oīa moueri. qđ est falsū. ¶ Tertia pars pz: qz nō est dabilis alius modus quo ꝓiectū moueat̄. Et sic ptz q̄ motus ꝓiecti nō est ꝓpe vnus: qz nō fit ab vno solo mouente. ¶ Quinta conclusio. Primus motor est īmobilis pz. Tū ꝓmo qz si moueretur mouer̄ ab alio: et sic nō esset prim⁹ motor. Tū secūdo: qz si eēt nō eēt fatigabilis et sic nō semper moueret regulariter: qđ ē falsum. Sexta conclusio: primus motor ē in circūferentia primi mobilis: pz qz talis circūferentia velocius mouetur q̄ alie partes: igitur in ipsa videtur esse primus motor. ¶ Septima cōclusio: prim⁹ motor ē sine magnitudine et īpartibilis. pz: qz vel haberet magnitudiem infinitā: sed hoc nō: qz nulla talis pōt esse vel finitam. et hoc nō: qz i magnitudine finita nō pōt esse virtus infinita: sed prim⁹ motor ē infinite ꝝtutis: cū perpetuo tēpore moueat: igitur nō ē magnitudine finita.

¶ Et h̄ ō octauo phisicoꝝ: et per ꝓ̄ns ō toto.

Scienduz est q sunt aliqui casus manifesti fm quos halo nõ apparet circul9. ¶ Prim9 est: si luna sit ita ppinqua terre q alia portio circuli si ptrahere tur caderet sub orizonte ¶ Scdus casus est: si nubes ex aliquo latere lune euanescat vel fiat inepta ad talẽ refractiõem vel reflexiõem: remanẽte ipa apta ex alio latere. ¶ Tertius casus est: si luna nõ fuerit plena: sed forte dimidia: nõ esset ad tãtam distãtiaz fieret illa reflexio a pte qua luna caret lumine: sicut si nõ careret: sz iste defect9 rotũditatis nõ notatur ad sensum: qz paru9 defectus rotũditatis nõ notatur in valde magno circulo qui notaretur in paruo ¶ Quart9 casus est: q si caligo per quã vel in qua appet. sit in suis partib9 difformis in raritate aut densitate: tũc opz q halo non fit pfecte rotũditatis: sz dz magis extẽdi de vno latere q de alio ppter maiorem nubis densitatẽ t raritatem: vel grossitatez t subtilitatem: t certũ est q iste casus sepe cõtingit: scz q caligo attenuat t incipit marcescere pri9 ex vno latere q ex alio: tñ donec incipiat halo dispere semp ad sensum t ad mẽsuras mathematicas apparet circul9: t hoc credẽdum est esse: qz nõ per refractiõem principaliter: sz p reflexiõem appet halo. ¶ Quintus casus est: qz quãdocunq fit halo t luna nõ est in nostro zenith: sz forte esset eleuata sicut sol hora tertia diei: t tũc radij cadũt obliq supra nubẽ: t obliqui9 est ex vno latere magis q ex alio: obliq9 em cadũt ihus zenith q ihus orizõtẽ. put cõiter declarat. t tũc seq̃t q ex eadem distãtia ad dyametrũ ptracta de luna ad oculuz non fiunt ex vtroq latere: t similiter ad equales ãgulos reflexos vel refractos ad eũdem oculũ: qđ tñ oporteret si deberet halo extẽdi vndiqz qualiter circa lunam. Istis suppositis ponitur.

Conclusio respõsiua ad qstuz: si hoc nomen halo capit pro eo q halo occupat ad visum de supficie circuli halo est vere circul9 non tñ plan9: sz speralis: qz tale est illud qđ de supficie celi occupatur p halonez q̃ est nubes: nec oz q appareat alteri9 magnitudinis vel figure ppter nubẽ esse ppinquiorem vel remotiorẽ terre ppinquiorem oculo aut distãtiorem: aut vnã ptem propinquiorez t aliã remotiorẽ. aut etiã nubẽ esse maioris pfunditatis aut miozis. imo sp opz q appeat halo circul9 circa astrũ: siue ihum ad albã periferiam ppinquã astro: siue ihuz ad nigrã vel oppositã periferiã siue ihum ad totũ halonẽ. pz in exponẽ text9.

Dubitatur vtz vidẽs iridẽ videat veros et pprie dictos colores puniceũ: album: nigrũ: t ceteros ¶ Arguit pro q sic: qz illos vocat Ar|. simplr colores: igr. ¶ Scdo sic: sensus nõ decipit circa suũ ppriũ obiectum: sz color est obiectũ visus: ergo visus non decipit circa colores ¶ Tertio sic: ad vez colorez sufficiũt duo principia: scz formale: qđ est lumen: t perspicuũ: qđ est materiale: sz hec duo reperiũtur in coloribus iridis: igr ¶ In opposituz arguit. qz ver9 color est qualitas scda causata p actiones qualitatũ pmaz: fm deteriatam p portiõem eaz: sz hoc nõ inuenit in coloribus iridis: qz solum apparet p reflexiõez luminis a nube: ergo nõ sunt veri colores. ¶ Pro declaratione.

Sciendum est q differt dicere veri colores vidẽtur in iride: t In iride vidẽtur veri colores: quia ista In iride vidẽtur veri colores est vera. Et ista Colores veri vidẽtur in iride ẽ falsa: hoc etiã pz de sole: qui apparet rube9: t tñ ibi nihil est puniceũ qđ videatur: t ideo iste simul stãt. Videor colorem: t tñ nullum colorem video. Vel saltem video notabilem t intẽsum colorem: t tñ nullũ colorez notabilẽ intensum videor: hoc pz: qz qñ astrũ vel solẽ video: video albũ. ¶ Istis notatis dr ad dubium: q in iride: siue nube fm quã apparet iris nõ sunt colores puniceus: viridis: alurg9: quia tũc simul essent indistincti fm situ per totam nubem. ¶ Hec cõclusio pz: per argumẽtum post oppositum. Nec opz ad vnionez iridis q colores videãtur: hoc pz ex notabilib9 sz tñ videãtur veri colores: puniceus: viridis t alurg9: non tñ vere vidẽtur esse ibi tales colores: est eñ apparẽtia falsa. **Conclusio**

Ad rones dubij ¶ Ad pmam dr q ea q̃ sic apparent vocat Ar|. colores: non qz sint colores: sed qz apparẽt colores. ¶ Ad scdaz dr q aliqñ hoc nomen color capit large: put se extẽdit ad lucem: t sic non decipit visus de colore qñ color. Et expositio huius autoritatis dz videri scdo de ala. ¶ Ad tertiam distinguit maior. Vel capiẽdo hoc nomen color large: et sic concedit. Vel stricte: t sic sic negatur.

Dubitatur vtz iris debeat appere tricolor id est habens tres colores: t qñ apparent due irides vtrum superior sit obscurior q inferior. ¶ Arguitur contra primã partẽ q non: qz inter colorẽ viridẽ t puniceum mediat color qui dr xanthos: ergo in iride debent apparere quatuor colores. ¶ Scdo sic. qua rõne ponitur color inter viridem t puniceuz: eadem rõne pt poni inter viridem t alurguz: ergo in iride essent quinq colores. ¶ Deinde arguitur contra scdam ptem: qz sol orbiculariter diffundit lumen suũ in omni pte nubis: et equaliter: t per ois colores iridis sunt equaliter intẽsi in qualz pte nubis. ¶ Scdo sic. iris superior magis accedit ad solez q inferior: ergo recipit maius lumen t per ois tẽ. ¶ Tertio sic iris superior magis a centro q inferior: ergo radij solis possunt min9 penetrare nn bẽ: ergo magis reflectũtur q in iride: inferiori. ¶ Pro solutõe dubij.

Sciendum est q̄ in iride possunt dupliciter apparere colores. Uno modo per reflexionem radiorū solis: ⁊ tunc in iride solū apparent tres colores. Alio modo per iuxta positionem aliorum colorum: ⁊ sic in iride apparent quatuor colores: scz punice⁹: viridis: alurgus: ⁊ ranthos. ¶ Ad dubium dicitur q̄ sic. Ad primā rōnem p̄o prima parte dicitur q̄ rō bene arguit de colore qui apparet per iuxta positionem. ¶ Ad secūdam negatur p̄ña: quia viridis ⁊ alurgus magis distant q̄ viridis ⁊ puniceus. ¶ Ad primam p̄o secūda parte dr̄ q̄ non quelz diffusio luminis facit apparere colorem: nec vbicz causat angulus rectus in superficie iridis. ¶ Ad secundam dicitur: q̄ sol est oppositus nubi in qua apparet iris non tamen supra: ideo in orizōte est altior sole taz pars superior q̄ pars inferior. ¶ Ad tertiam dr̄: q̄ radij inferiores sunt magis ꝓtensi ideo cau sant remissiores colores.

Ad rōnes ante oppositum. ¶ Ad primam dr̄ q̄ Izram iris q̄ halo sit refractio. i. reflexio: tamen (vt dicit Ar|.) differūt: fit em̄ halo per reflexionem a nube apparente eleuata super orizontem. Iris autem a nube apparente in orizōte. ita q̄ iris si ꝓtraberetur circulus: medietas vel maior pars abscinderetur ab orizonte: ⁊ hoc est: quia nubes halo est inter hominem ⁊ solem: ⁊ homo qui est in superficie terre est inter nubem iridis ⁊ solem. ¶ Ad secundam dr̄ q̄ speculum a quo fit halo bene representat se⁊ figuram suam ⁊ apparet circulus: sed non representat corpus ⁊ figuram speculanti: ⁊ hoc in periferijs apparentibus circa corpus solis aut lune: de alijs duabus rōnibus dictum est satis in expōne text⁹. ¶ Questio addita p magistrum Thomez britcot sacre pagine ꝓfessorem.

Queritur vtrum terra sit minor oībus alijs elementis. ¶ Et arguitur q̄ non: quia qua ratione aqua esset maior tota terra: eadem rōne aer ⁊ ignis essent maiores aqua: ⁊ p p̄ñs ignis qui est maxime actiuitatis ꝓpter suam caliditatem ⁊ excedit alia elementa in q̄titate corrumperet ea: quod est falsum. ¶ Secūdo sic. si terra esset minor alijs elementis: vel esset minor in decupla ꝓportione: sicut Ar|. videtur dicere: q̄ ex vno pngillo terre fiunt decem aque. Vel in aliqua alia ꝓportione. Non secundum: quia non potest dici que sit illa ꝓportio. Nec dicendum est primum: quia tunc aqua in ordine ad terram solum se haberet sicut decem ad vnuz: ⁊ aer qui est in decuplo maior aqua se haberet sicut centum ad vnum: ignis autem sicut mille ad vnum: ⁊ per p̄ñs tota spera generabiliuz ⁊ corruptibilium non esset nisi mille centum ⁊ decem ad vnuz quod est falsuz. Nam ptolomeus demonstrat semidyametrum spere generabilium se habere ad semidyametrum terre: sicut. xxxiiij. ad vnuz: ductis aūt. xxxiij in se cubice erit ꝓportio spere generabilium ad terrā in magnitudine que est sicut. xxxix. milia cum aliquo pluri ad vnum: ergo non soluz aqua est maior tota terra in decuplo: nec alia elementa sunt in eadem ꝓportione maiora suis inferioribus ¶ Tertio sic. aqua non est maior tota terra: igitur antecedens p̄z: q̄ non videtur vbi tanta multitudo aque essz locata cum aqua sit tota locata in terra nec sint alique aque summis montibus altiores.


In oppositum arguitur: quia eadē est ratio de ꝑte ⁊ toto: sed aqua facta ex eadem materia ex qua prius erat terra est maior ipa terra: igitur etiaz tota aqua est maior tota terra. Et eadem est rō de alijs elementis superioribus ad terram ⁊ aquaz: igitur. ¶ Itē nisi sic. non esset verum dictum ptolomei quod prius allegatum est. In ista questione tres erunt articuli. In primo ponentur notabilia. In secundo conclusiones. In tertio dubia.

Sciendum est p̄rio: q̄ circa titulū q̄stionis sunt tres difficultates: que tacte sunt in trib⁹ argumētis. ¶ Prima est: vtrum elemēta sint equalia q̄tum ad qualitates actiuas. ¶ Secunda est. vtrum sint equalia q̄tum ap ad q̄titatem. ¶ Tertia est. de situ ipsius aque. ¶ Circa quam est aduertendum: q̄ circa istaz materiam est varius modus vicendi. ¶ Quidem enim dicunt: q̄ non est idem centrum grauitatis terre: ⁊ medium mundi: sed centrum grauitatis aggregati ex aqua ⁊ terra est medium mundi. Dicunt enim in terra esse aliud centruz grauitatis: ⁊ aliud magnitudinis: quia enim terra in aliquibus suis ꝑtibus continue lenificatur a sole: vtpote in partibus discoopertis: ideo accepta tanta q̄titate versus illam partem q̄ta ex alia ꝑte que est cooperta aquis minor erit grauitas in p̄ma parte q̄ in secunda. ¶ Dicunt vlterius: q̄ non est idem medium mundi: ⁊ centrum grauitatis terre: quoniam terra in partibus coopertis est grauior: ⁊ ideo grauitas terre ⁊ aque pellūt partes terre discopertas: quousq̄ medium grauitatis aggregati ex terra ⁊ aqua fiat medium mundi. Ex quo sequitur: q̄ nec terra nec aqua est naturaliter locata: quoniam nullius illorum elementorum centrum est medium mundi. Alij tamen bene concederent: q̄ aggregatum ex terra ⁊ aqua est naturaliter locatum in medio mundi: ⁊ q̄ aliquod aggregatum est naturaliter locatum: cuius tamen nulla pars est naturaliter situata. ¶ Et ꝑm istos dicenduz esset: q̄ aqua est locata in terra: vel supra terram p̄o magna parte sui: ⁊ p̄o alijs partibus est recepta in concauitatib⁹ terre. ¶ Sed quoniam est eis difficile fz hūc modū saluare q̄ aqua sit (ad num⁹ in decuplo) maior ipsa terra: ad illius solutionem adducunt duo ꝓbabilia. ¶ Primum est: q̄ magna pars aque est resoluta in vapores ⁊ fumos ⁊ aeris cōmixta: que pars si converteretur in aquam redderet aquam longe maiorem q̄ sit mare. ¶ Secundum est: q̄ terra si esset denudata a metallis minerabilibus existentibus in ipsa esset longe minor q̄ sit: ⁊ tunc facile esset videre quomodo aqua longe sit maior q̄ ipsa terra. ¶ Alij vero dicunt: q̄ terra est in medio vniuersi q̄tum ad centruz suum: vel magnitudinis vel grauitatis: ⁊ q̄ aqua in sua prima ꝓductione fuisset sperica ⁊ concentrica terre ⁊ ipsi vniuerso: q̄ tamen oportuit terram esse discoopertam p̄o salute animantium: ideo aqua seruans suam rotunditatem suum habuit centrum, extra centrum vniuersi: sicut ꝑm astronomos centrum quorundam orbium planetarum est separatum a centro vniuersi: ⁊ tales orbes dicūtur egredi cuspidis: ita aqua habet suum ꝓprium centruz: ad quod omnes aque naturaliter inclinantur: sicut omnes partes terre naturaliter inclinantur ad centrum terre: ⁊ ꝓpter hoc non omnes aque sunt congregate in vnum: licet inclinentur equaliter ad suum centrum: nec aqua cooperit totam terram: sed aliq̄ partem dimittit discoopertam ꝓut requirit distantia centrorum adinuicez: ꝓpter hoc etiam cōmuniter terra ⁊ aqua sunt equalis altitudinis: ⁊ tamen eundo in mari ꝑ elongationem a terra mare est altius q̄ montes in terra: quia super montes stabunt aque. Et ad hec declaranda potest poni talis figura.

p̄im⁹ articulus.

ꝓpio. b.

Oppalia.



¶Hec figura facta est ad oñendñ qđ pri⁹ dictū est: q̄ uis em̄ cor⁹ mathematice ꝯsideratū nō possit in sup̄ficie plenarie pñtari. tñ sufficit recte imaginātī Sit ergo in hac figura centrū terre a qđ est ēt centrū vniuersi: t sit spa terre b.d.g.e. sup centrū a. t sit spera aq̄ antep̄ terra esset discoopta m.n.o. tūc aq̄ circūdabat oīmode terrā. qz ptes ei⁹ eq̄liter tendebāt ad centrū terre qđ ē centrū vniuersi. Sz ꝓpter salutē aīantiuz terra discoopta ē. t eius spera sit nūc f.c.d.e.q̄ quidē spera ē equalis spe p̄ori scz m.n.o. sit ergo centrū aq̄ post terre discooptiōez f. qz ipa est ecētrica terre. Pz: igr in hac figura: q oēs aq̄ vbicūq; fuerint sub celo ad sperā aq̄ sunt virtualiter ꝯgregate: t q̄ q̄lz hz equalē indiationē ad suū centrū scz f. q̄p aliq̄ impediātur ne fluāt ad suū locū naturalē. sicut aliq̄ ptes terre suspēdi pñt ne moueātur ad centrū terre. Pz insup: q aqua nō tota coopit terrā. hz aliq̄ ei⁹ ptez dimittit discooptā. Ilaz arc⁹ d.e.g. ē discoopt⁹ ab aq̄s: vt pz in hac figura q̄ est hz aliquos fere q̄rta ps terre: hm alios miōr ps hz alios maiōr: qđ p nūc relinq° cosmographis discutiēduz Pz etiā in hac figura: q hz i ripa maris terra t aq̄ in eo dē loco ꝯcurrāt vt puta in d. ꝓcēdo tñ in mari p elōgatiōez a terra: mare sp est altri⁹ terra: qz si ꝓcedat vsq; ad locū c. ascēdetur. Scōm hūc modū satis facile ē videre quō aqua maior est ipa terra q̄uis nō tota terra cooperiatur aquis.

Opinio.i. Confutatio

**Sciendū est scdo q scdz aliquos qđlz elemētū inferi⁹ ē min⁹ suo elemēto supiore in decuplo solū. Cui⁹ rō ē. qz eadē est rō de toto t pte: hz ex vno pugillo terre fiūt. x. aq̄: t ex vno pugillo aq̄ fiūt. x. aeris: ḡ aq̄ ē in decuplo maior terra: t aer i cētuplo maior ea: ignis aūt i millecuplo ¶ Sz hec opio stare nō pt. ppter scdaz rōnez añ oppositū: vt em̄ ibi dicebat tota magnitudo spe gñabiliū t corruptibiliū se hz ad terrā sicut. xxxix. milia ad vnū. Diuide ḡ illū nūex in. iiij. nūeros ꝓtinue ꝓportiōales: quoz minim⁹ sit vnitas: hēbis ꝓportiōez oiz elemētoz adinuicē in q̄titate: t p ꝓñs i raritate erit ḡ terra vnū: t aq̄ fere. xxxiij. aer āt mille. lxxxix. t ignis fere. xxxvj. milia: t sic ꝓportio elemēti supiozis ad inferi⁹ erit fere sic. xxxiij. ad vnū aqua ḡ erit in illa ꝓportiōe maior ipa terra: nō quidē capiēdo terrā vt distingui tur ꝓtra mineralia t lapides: hz vt icludit oīa exña in ipsa. ¶ Et p hoc pz solutio ad scdaz rōem. Nec; ar⁹. assignauit illā ꝓportiōez decuplā elemēti supiozis sup inferi⁹ tāq̄ pcisaz ¶ Cōtra tñ hāc resolutiōez sunt aliq̄ rōnes. Prio qz agēs libeq̄ pt corrūpe magnā aquā ꝓcidō in magnū ignē: t tūc nō ē necesse q tm̄ de aere corrūpat in aquā. Itē etiā plāete calidi t sicci aliq̄n ꝓportant in suis actiōib⁹: plāetis hūidis t fridis debilitas ergo nō sp elemēta manēt in illa ꝓportiōe q̄ dicta est. ¶ Itē si illa ꝓportio esset q̄ dicta ē. tūc raritas ignis multo esset maior q̄ raritas aeris: t p ꝓñs radi⁹ obliq̄ cadēs de spa ignis in spera aeris deberet multū t notabiliter frāgi. ¶ Ad has tñ rōnes rñderi pt. Ad pmā ꝓcederet ꝓñs: scz q elemēta nō manēt pcise sp in eadē ꝓportiōe: hz ē magna latiudo vltra quā natura nō sineret ipa exire. ¶ Ad scdaz rōem diceret q fractio radij nō fit solū ex dīa mediox i raritate: hz ex indyaphoneitate. Nec oz q radi⁹ sit dyaphoni⁹. nā vitrū t cristall⁹ sunt multis alijs rariozib⁹ dyaphoniora. Vel diceret q elemēta calida (sic ignis t aer) multū differūt in raritate ab elemētis frigidis: nō aūt multū differrēt iter se: t p ꝓñs nō tm̄ distarēt in raritate q̄tuz distāt in magnitudine: q̄tuz tñ distēt in raritate t magnitudine solus de⁹ scit certitudinaliter: q̄uis hec q̄ predicta sunt sint ꝓbabiliter posita.

Obiectio.i. Obiectio.ii. Solutio.i. Solutio.ii.

**Sciēduz ē tertio q hz elemēta nō sint eq̄lia i pfūditate t extēsiōe. tñ ꝓbabile ē dicere q sunt eq̄lia hz suas p̄mas q̄litates: q̄ sūt caliditas: frigiditas: hūiditas t siccitas: sic em̄ ignis dr ꝓprio calid⁹: aer ꝓprio hūidus: sic t aq̄ ꝓprio frigida: t terra ꝓprio sicca. Et hoc itel ligēdo de q̄litatib⁹ x̄tualib⁹ elemētox: t nō actualib⁹ qm̄ q̄litates x̄tuales sunt eis naturaliores q̄ q̄litates actuales: sic ḡ ignis ē ꝓprio calid⁹: qz ē in sūmo gradu caliditatis: ita eadē rōne aer erit ꝓprio hūid⁹ t hēbit hūiditatē in sūmo: aq̄ ꝓprio frigida t hēbit frigiditatē in sūmo: terra ꝓprio sicca: t hēbit siccitatē in sūmo. Et cū imaginētur ipa elemēta hr̄e eq̄liter de materia t q̄lz hz de vna q̄litate q̄tū elemētū ē capax: seq̄tur q eq̄liter ē de caliditate in igne: t de frigiditate in aq̄. Et hec ē rō. q̄re nō sequuicez corrumpūt. ¶ Et si arguat. q caliditas ignis ē extēsior. t cū hoc ē actiuior. Et p ꝓñs ignis deberet alia elemēta corrūpe. ¶ Ad hoc rñdet q hz caliditas sit actiuior tñ alie q̄litates sunt magis resistitiue: hz etiā ipa sit extēsior tñ alie q̄litates sūt magis vnite: t sic vnū per alterū cōpensat. qz ḡ elemēta inferiora sunt dēsiora q̄ superiora. iō magis resistūt t eq̄lis vī eē ꝓportio actiuitatis t resistētie eox adinuicē. hz ei ignis sit actiuior q̄ aq̄. tñ aq̄ ꝓpter ei⁹ dēsitatez ē resistētior: sit ḡ actiuitas ignis vt sex t actiuitas aq̄ vt tria: t econuerso sit aq̄ resistitiua vt q̄tuor: t ignis vt duo: tūc ē eadē ꝓportio actiuitatū ad resistētiā. sex ad tria: t q̄tuor ad duo. iō erūt eq̄ distātes actiōes elemētox adinuicez. ¶ Et si arguat. qm̄ in nobis dñant multū terra t aq̄ vt pz ex grauitate t hūiditate: t tñ in nobis maior ē x̄t⁹ caliditatis q̄ aliaq̄ q̄litatū elemētox: qz vita ꝓsistit i calido t hūido: ḡ a fortiori vbi tm̄ vel pl⁹ ē de igne q̄ de terra vel aq̄ dēret eē maior x̄t⁹: t p ꝓñs elemēta nō sunt eq̄lia hz x̄tutes ¶ Ad hoc rñdet negādo ꝓnaz: qz ꝓpe in nobis nō ē x̄t⁹ ignis neq; aer | neq; x̄t⁹ aq̄ vel terre. Sz i nobis sūt aliq̄ x̄tutes silles x̄tutib⁹ elemētox: t pl⁹ dñant in nobis terra vel aq̄ q̄tū ad soliditatē vel grauitatez. ex eo q hītam⁹ sup terrā t ex fructib⁹ ipi⁹ nutrimur: qz tñ magis egem⁹ x̄tutib⁹ silib⁹ x̄tuti ignis t aeris: iō de⁹ dedit nobis x̄tutes illas t q̄tū ad caliditatē t spūs: pl⁹ dñant in nobis ignis t aer: q̄ aqua t terra. ¶ Et p hoc pz solutio ad pmā rōem añ oppositū. Istis notatis sit. ¶ Pria ꝓclo. elemēta nō sunt eq̄lia i magnitudie t quitate aut pfūditate pz ex dictis ¶ Scda ꝓclo elemēta nō sunt eq̄lia q̄tū ad x̄tutes actiuas t resisti-

Scōs articu. Conclo.i. Conclo.ii.

Conclusio .iij

tiuas: pz ex dictis in scdo notabili. ¶ Tertia ꝓcl'o est ꝓ
babile ẽ elemẽta eẽ eq̃lia q̃tuz ad materiã. ita q tm̃ sit
de materia in vno elemẽto q̃tuz in alio pz ex dictis.

Tertius arti.

Dubitaꝫ ꝓmo vtz lumẽ a tota spẽ sit calefa-
ctiuũ. Et arg. ꝓmo q nõ: qz tũc caliditas nõ essz de ꝑmis
q̃litatib⁹: sz lumẽ essz ꝑ q̃litas. ¶ Itẽ tũc oĩa astra es
sent calida: cũ sint lucida ¶ Itẽ tũc vbi essz lumẽ intẽ-
si⁹ eẽt maior caliditas. qõ pz eẽ falsuz de media regiõe
aeris. et qz nõ oĩa lucida sunt mag⁹ calefactiua: vt pz
de squamis piscũ ¶ Scõo sic. vel lumẽ hẽret q eẽt cale
factiuũ ex eo q trãsit ꝑ mediũ cẽlidũ: et hoc nõ: qz eadẽ
rõne eẽt frigefactiuũ: cuz eẽt trãseat ꝑ mediũ frigiꝺ vel
hẽret q eẽt calefactiuũ ab aliq⁹ alio: et nõ vr̃ q̃d sit illõ.
¶ In oppm̃ arg. ꝑ expiẽtiã de lumine solis qõ calefacit
terrã: acrẽ: et aquã ¶ Pro solutõe dubij ẽ aduertẽdũ q

Conueniũt et differũt lux et lumen.

lux et lumẽ conuenũt et differt. Cõueniũt ĩ hoc: qz vtrũq;
eoz est q̃litas: et nõ ſba: lux eñ ẽ ꝓse sensibilis nõ aũt
sic ſba. Etiã in igne lux ẽ accñs: q̃ et ĩ aliꝭ. qz qõ vere. ẽ
nulli accidit. Assumptũ ptz: qz si eẽt foꝛa ſbalis ignis
vel eẽt foꝛa specifica: et tũc q̃cũq; hẽrent lucẽ eẽnt eiusdẽ
spẽi: vel eẽt foꝛa ĩpfecta exñs in potẽtia ad aliã for
mã: et tũc eẽt foꝛa ſbalis alic⁹ corꝑis celestis: in q⁹ nul
la ẽ foꝛa ſbalis ĩpfectioꝛ foꝛa elemẽtaꝛi: et sic hr̃ inten
tũ ¶ De lumie ẽt q nõ sit ſba satis pz: qz vel eẽt substã
tia corꝑalis vel spũalis. Nõ spũalis: qm̃ est extẽsibile.
Neq; ẽt corꝑalis: qz tũc duo corꝑa possent eẽ sil' ĩ eodẽ
loco qõ ẽ ipossile. ¶ Differũt ãt qz lux ẽ q̃litas inherẽs
corꝑi lucido ꝓpe visibili: et nõ depẽdet ẽ sno ꝑseruari
a q̃litate alteri⁹ corꝑis a q̃ dyaphonũ corꝑi lucido ꝓpi
quũ illumĩnet. et mouet ad motũ corꝑia lucidi: lumẽ ve
roẽ q̃litas inherẽs corꝑi dyaphono depẽdens i suo ꝑser
uari a luce: quõ aũt lumẽ sit spẽs luc⁹ videbit in lib:o
de aĩa. Istꝺ notato sit. ¶ Pria ꝓ⁹. neq; lux neq; lumẽ ẽ
foꝛaliter caliditas: de luce ptz: qz tũc astra eẽnt foꝛal'r
calida. Itẽ squame piscũ frigide sunt lucide De lumi
ne pz ẽt: qz lumẽ multiplicaĩ intẽsiue ꝑ spas celestes ĩ
q̃b⁹ nõ ẽ caliditas: et ꝑ mediã regiõez aer⁹ in q̃ est ma
gna frigiditas. ¶ Scõa ꝓ⁹. lumẽ ẽ calefactiuũ: ptz ꝑ ex
piẽtiã: qz ꝑ multos radios sil' aggregatos sup speculũ
ꝓcauũ fit ignis cõburẽs: igr̃. ¶ Tertia ꝓ⁹. lumĩa astroꝝ
sunt calefactiua. pz ꝑ Ar⁹. ĩ libro de ptib⁹ aĩaliũ dicẽtẽ
q noctes ĩ plenilunio calidiozes sunt q̃ in nouilunio:
et si ꝟ ẽ vez de luna: eadẽ rõne ꝟ erit vez de alijs astris
qz sic hr̃ in de ꝓpetab⁹ elemẽtoꝝ: oĩa astra recipiũt lu
mẽ a sole sic et luna ¶ Et si dicaĩ q astrologi dicũt mul
ta astra eẽ frigida. Itẽ corꝑa frigida hic inferi⁹ exñtia
gubernãt a superioꝛib⁹: q̃ illa corꝑa sunt frigida ¶ Ad ꝟ
ꝓcedit cũ auicẽna: q corꝑa celestia sunt frigida ẋtuali
ter ꝑ snã influẽtiã et ẽt calida ꝑ suũ lumẽ. neq; hoc ẽ in
cõuenies. Et si dicaĩ vlteri⁹ q oĩa luĩa eẽnt eiusdẽ rõis:
ex q⁹ oẽs calores fũt eiusdẽ rõis negaĩ ꝓña: qz a causis
diuersaꝝ spẽꝝ bñ pñt pducere effect⁹ eiusdẽ spẽi. Itẽ ẽm
aliquos nõ oẽs calores fũt eiusdẽ spẽi spãlissime: vt pz
de caloꝛe febrili et caloꝛe naturali. ¶ Ad rões añ oppo.
dubij. Ad ꝑmã ꝓcedit q caliditas nõ ẽ pria q̃litas sim
pl'r. sz ẽ pria eaꝝ q̃ fiũt ex actiõib⁹ alemẽtoꝝ ediminez.
¶ Ad aliã negaĩ ꝓña: qz lumẽ nõ ẽ caliditas foꝛaliter.
¶ Ad aliaz ẽt negaĩ ꝓña: qz aliq̃n lumẽ impedit ꝑ ꝓtra
riã qualitatẽ ne ꝓducat caliditatem. ¶ Ad scõam rõ-
nem ꝓncipalem: ꝺr q lumen habet a tota specie q̃ sit
calefactiuum.

Dubitaꝫ scõo vtz corꝑa celestia agãt ĩ hec ĩ
feroza ¶ Et arg. q nõ: qz mouẽs et motũ debẽt eẽ sil'. vij.
phisi. sz corꝑa superioza nõ sunt sil' cũ istis inferioꝛibus.
igit. ¶ Itẽ vel ager ẽt ꝑ motũ localẽ. vel ꝑ aliq̃ formã
ꝑmanẽtez. Non ꝑmũ: qz tũc mouerenĩ ad hec inferioza
et sic, hec inferioza essent fines suoꝝ motuũ. Neq; ꝑ ali-
q̃ formaz permanẽtem: qz tũc celo cessante moueri ꝺ
huc ipm aget in inferioza ista: qꝺ est falsuz. ¶ In oppo
sitũ arg. per Ar⁹. in ꝑmo et tertio mẽheoꝛoꝝ. ¶ Ad istud

Prima ppõ.

dubiũ rñdetur ꝑ aliq̃s ꝓpões. ¶ Pria est: corꝑa supi-
oza agũt in hec inferioza: puta in elemẽta in mixta aĩa-
ta et inaĩata: et in irrõnabilia. ¶ In elemẽta habẽt du-
plicem actiõem: alteraꝛiõez: et gñatiõem. Naz accedẽte
sole et aliꝭ stellis calidis ad zenith alicui⁹ regiõis: ele
menta supioza: scz ignis et aer augẽtur: et inferioza scz
terra et aq̃ minuũtur et ꝓuertũtur in supioza: recedente
etiã sole et accedentib⁹ stellis effectiue frigidis (sicut
sunt saturn⁹ et mercuri⁹) accidit gñatio elementoꝝ aq̃
et terre. ¶ Et si dicaĩ q tũc aqua essz in vno tpe minoꝛ
q̃ alio: et similiter aer: et ꝓñs fieret vacuũ qñ aer esset
minoꝛ et aqua maioꝛ: qz eq̃lis materia sub forma aq̃ nõ
tm̃ occupat de loco q̃tum sub forma aeris ¶ Rñdetur
negãdo ꝓñam: qz sicut in vna regiõe recedẽte sole: aq̃
et terra augẽtur: ita eodẽ tpe in alia regiõe minuũtur
et augẽtur ignis et aer. Agunt etiã corꝑa celestia in ele
mẽta q̃tuz ad motũ localem: qz deferũt secum supmaz
regiõez aeris in qua fiũt comete. Et luna causat in ma
ri motũ qui vocaĩ flux⁹ et reflux⁹: et ipa hz dominiũ sup
humida sicut: sol sup sicca. Nam sup q̃cunq; regionem
eleuaĩ luna aqua maris ascẽdit directe tanq̃ ẋpus su-
am cãm: ita q aqua maris in illo loco qui directe sup-
ponit centro lune ẽ altioꝛ q̃ in quocũq; alio loco: et vo
catur tumoꝛ aq̃. Quõ aũt fiat talis flux⁹ aliquonĩ ta-
ctũ est Albumazar ei. ꝛ⁰ libro maioris ĩroductoꝛij ꝺr

Opio Albu mazaris

q luna hz virtutẽ quãdaz sibi cõnaturalez ad attrahẽ
duz ad se aquas maris sicut magnes attrahit ferrum.

Opio cõis.

¶ Sz alia opio q̃ videt esse cõioꝛ: est q ille flux⁹ vel re-
flux⁹ ẽ ꝓpter diuersitatẽ angulоꝝ quos facũt radij lu
ne sup aquas in principio ort⁹ lune et medio exñtis. Et
isto ptz q tumoꝛ maris ille q̃ dici⁹ est sp esse in directo
lune vbicũq; luna sit: circuit totã terrã in tãto tpe quã
to luna circuit suũ ozbẽ ꝑ motũ firmamẽti: scz fere per
xxv. horas. ¶ Jn mixta etiã habẽt corꝑa celestia actio
nem: naz q̃daz mixta generãtur ab ipis: qz generãt i-
pssiones ignitas: et aq̃as: et de illis pñt astrologi iudi-
care si scirẽt qualitates et ẋtutes celoꝝ et stellaꝝ cõcur-
rentiũ ad talem effectũ. ¶ Generãt etiaz corꝑa celestia
mixta inaĩata: sicut sunt metella. ¶ Itez agũt in aĩata
irrõnabilia. ꝑ quãto talia corꝑa alterãt ad qualitatez

Conclo .ij.

conuenientez vel discõuenientez. ¶ Scõa ꝓcl'o. corꝑa cele
stia nõ solum suo motu aut lumĩe: sz etiã suis influẽti-
is agũt in hec inferioza: pz qz aliq̃ sunt stelle frigefacti
ue: sz ille nõ frigefaciũt per lumen aut motũ: qz vtrũq;
illoꝝ est calefactiuũ. igitur per influẽtiaz. ¶ Et si dicaĩ
q omne agẽs agit fortiꝭ in ꝓpinquũ q̃ in distãs: igit
si corꝑa celestia agãt per influẽtiam frigefactiuaz: illa
fortiꝭ aget in aerem et ignem: q̃ in aquã et terrã. ¶ Ad
hoc ꝺr: q sine dubio influẽtia frigefactiua fortioꝛ est in
igne vel aere: q̃ in terra et aqua distãtioꝛib⁹ a celo: qz
tamen in aere et igne impedit talis influẽtia a suo effe
ctu: mõ aũt in terra et aqua: ideo fortiꝭ agit in hec ele-
menta inferioza q̃ in supioza. ¶ Ad rões dubij. Ad ꝑ
mam ꝺr: q corꝑa celestia sunt ꝑ sua lumina aut suas in
fluentias simul cum ipsis motis. ¶ Ad cõfirmationez
ꝺr: q corꝑoza celestia agũt in hec inferioza: et per motũ
et per qualitatem permanẽtem. Ad primã improbatio
nem cõcedit. q corꝑoza celestia mouẽtur ꝓpter hec in
feroza tanq̃ ꝓpter fines secũdaria intentõe: non aũt
primaria intentione. Ad aliã improbatiõem concedi
tur q hoc dicit Aristo. qz reputabat impossibile celuz
non moueri. Vel ꝺr q influentia et lumen in agendo de
pendent a motu. ¶ Ad rationes questionis patet so-
lutio ex dictis

¶ Incipit primus liber de anima vnum tractatum ⁊ vnum capitulū habens: in quo narrantur opiniones antiquoꝝ.

Conclo prīa.

b

Omnium bonorabiliū noticiā opinātes: magis alteram altera bonorabilez dicimus: q̄ sit certioꝝ: melioꝝ: ⁊ mirabilioꝝ. ⁊ ꝓpter hec scia de aia est alijs scientijs naturalib⁹ nobilioꝝ cum sit de substantia aie ⁊ eius opationib⁹: que a nobis cognoscūtur ꝑ experientiā. Et hec prima cōclusio. ¶ Scda conclusio. Scia de aia est multū vtilis: patz: qz ipsa multū valet ad cognoscendū veritatē: cum sit de aia ⁊ ei⁹ opationibus cōibus ⁊ ꝓprijs: modo aia est causa veritatis: ergo scia de ipsa valet ad veritatem cognoscendam. ¶ Tertia cōclusio. Scientia de aia est difficillima: ptz: qz in ipa tractātur multe difficultates: ¶ Prīa: vtrū in oibus sit vna methodus ad inuestigandū q̄ q̄d est: sicut ad sciendum passiones de suis subiectis: an sit alia ⁊ alia in diuersis scietijs vt cuiꝝ em̄ sit difficile est talē methodū inuenire. ¶ Scda difficultas est: suppositā methodo qua inq̄renda est diffinitio aie: queritq̄ d est genus aie: an sit substātia: qualitas: an q̄titas: an actus: an potētia: differūt em̄ nō parū actus ⁊ potētia. ¶ Tertia difficultas an aia sit diuisibilis: an indiuisibilis: an omis aia sit ofm̄i aie eiusdē spēi: an nō: ⁊ vtrū omes sint eiusdē spēi: illi em̄ qui fecerunt mentionem de aia humana: visi sunt opinari omnes aias eē eiusdez spēi. ¶ Quarta difficultas est: an dabilis sit vna diffinitio cōis ofm̄i aie sicut datur vna diffinitio cōis omni animali vel an sit danda diffinitio ꝓpria cuilibet aie sicut datur diffinitio ꝓpria cuilibet animali. Alia em̄ est diffinitio equi: alia asini: ⁊ sic de singularibus: qz aial vniuersale aut nihil est aut posteri⁹. ¶ Quinta difficultas est: si nō ponatur nisi vna aia: an prius sit de substantia ei⁹ determiandū: q̄ d suis potētijs: ⁊ ꝑus de potētijs q̄ de opationib⁹: ⁊ prius de opationib⁹ q̄ de obiectis. ¶ Videt em̄ q̄ prius sit determinādū de substātia aie: cum sit necessariū qd quid est cognoscere ad cognoscēduz causas accidentiū: sicut i mathematicis necesse est cognoscere q̄d linea: ⁊ quid rectū: ad cognoscendū q̄ anguli triāguli sūt cōles duobus rectis. Videtur etiā ex alia parte: q̄ prius determinandū sit de potētijs ⁊ opationib⁹: q̄ de substātia aie: qz accidētia magnaz partē cōferūt ad cognoscendū q̄ quid est modo omne demōstrationis principiū est quod quid est: alias tales diffinitiōes essent vane: si ꝑ eas nihil cognosceret: ergo videt q̄ prius sit determinandū de accidentibus aie q̄ de substantia eius. ¶ Sexta difficultas est: an oēs passiones aie sint cōes anime ⁊ corpori. ¶ Videtur em̄ prio q̄ sic: de sensationibus: qz sensus ab excellēti sensibili corrūpit. scdo de intellectōe: qz ad eam concurrit fantasia q̄ non est sine corpe. Item etiam si aia haberet aliquā opationez non cōem corpori posset a corpore separari. ¶ Sed in oppositum videtur: q̄ non oēs operationes anime sint cōes anime ⁊ corpi. Tum: qz tunc aia non posset separari a corpe. Tum: qz tunc de ipsa aia nō esset scōm se determinandū. ¶ Sed ad banc difficultatē dici posset: q̄ multe sunt opationes aie cōes aie ⁊ corpi vt ptz de ira: timore: odio: ⁊ verecūdia: a quibus necesse est corp⁹ pati. Et dato q̄ oēs opationes anime fierēt mediante corpore: adhuc tū multe sibi cōuenirent scōm q̄ aia est: sicut multa cōueniunt recto scōm q̄ rectū est: ⁊ curuo scōz q̄ curuū est: licet curuū ⁊ rectum non possint esse sine corporibus naturalibus. ¶ Ex hac solutione sequitur Quarta conclusio. Ad phīcum spectat determinare de aia: ptz: qz ad ipsum spectat determinare de illis formis: quarum opationes fieri nō possunt sine motu corpis Sed sic est de opationib⁹ anime: igit. Maior ptz: qz phīc⁹ ⁊ dyaleticus sic differūt: qz phīc⁹ diffinit aliqū ꝑ causam finalē solū: vt cū dr̄ domus est quid nos ptegēs a vētis et pluuijs. Aliqū per materiā solū: vt cum dicitur: q̄ domus cōstituitur ex lignis: lapidib⁹: et laterib⁹. Aliqū vero per finē ⁊ materiaz si mul: sicut scietie practice diffinūt per materiam ⁊ formā in ordine ad opationē volutariam: ⁊ sicut mathematicales abstrahendo a motu. ⁊ methaphīficales a motu ⁊ materia sēsibili. dyaleticus vero diffinit per gen⁹ ⁊ differentiā: dicit enim q̄ Ira est appetitus vindicte: vbi naturalis dicit q̄ ira est accensus vel feruor sāguinis circa cor. Cum ergo opationes anime fiant mediāte corpore sequit q̄ de ipsa anima habet phīcus determinare. ¶ Et hec de primo libro de anima. Residuū em̄ de opinionibus antiquorum.

¶ Accidentia magnā ptem cōferūt ad cognoscēdū qd quid est.

¶ Qđ demonstrās prīapiū est qd q̄d est.

Dubitatō. vi.

Solutio.

Conclo ārta.

Phīc⁹ ⁊ dyaleticus differunt in diffiniendo.

Diffinitiones domus.

Diffinitiones ire.

Conclo scda.

Cōclo tertia.

Dubitatio.i.

Dubitatio.ij.

Dubitatio.iij.

Dubitatō.iiij.

Vial vle aut nihil est aut ē posteri⁹ suis singularibus.

Dubitatio. v.

Onozuz bonozabiliū noticiā opinātes ꝛc. ¶ Iste est prim⁹ liber de anima qui prima sui diuisione diuiditur in ptem phemialē: ꝛ in partem executiuā. Pars executiua incipit ibi. Principiū aūt. In phemio tria facit. Primo reddit auditores suos benuolos: ostendēdo bonitatem ꝛ honorabilitatē huius scie: ꝛ cum hoc vtilitatē. Scdo remouet ignorantiā pure negationis: ꝛ reddit auditores dociles p hoc q ponit consideranda in ista scientia ꝛ ordinē cōsiderandoꝝ: ibi. Inquirim⁹ autem. Tertio reddit auditores attētos p hoc q ostēdit hui⁹ sciētie difficultatē: ibi. Oīno aūt ꝛ penitus difficilimorum est. Intendit ergo ꝓbare prīo istam cōclusionem

Concło prīa. ¶ scia de aīa est ponēda aliis sciētijs naturalibus: ꝓpter nobilitatē ꝛ certitudinē: ꝓbat p. q. vna scia reditur nobilioꝛ alia: aut ꝓpter nobilitatē cōsideratoꝝ: aut certitudinē demōstrationū. Sed scia de aīa inter alias scias naturales de rebus nobilissimis cōsiderat et certissimū modū ꝓcedēdi: hz. cum ꝓcedit ex his que sūt nobis nota expimētaliter: q̄ scia de aīa q̄tū ad cer

Concło scda. titudinē ꝛ honorabilitatē est aliis sciētijs ꝓponenda.

T. Ōn aūt. ¶ Scda conclo est: scia de aīa est multū vtilis: q. valet multū ad oēz ventatē cognoscēdā: eo q ipsa est de intellectu ꝛ opationib⁹ eius: de sensu ꝛ sensibilibus: mō ille intellect⁹ siue ipa aīa est principium aīalis: ꝛ scia cause vtilis ad sciam cāti: igit scia de aīa est multū vtilis. T. Inquirim⁹ aūt. ¶ Hic p. ponit de terminada in ista scia di. q inquirēdū est de substantia aīe: quid sit ipsa aīa diffinitiue: ꝛ de passionib⁹ ꝛ opationibus eius: ꝛ istarū opationū quedā sunt ꝓprie ipsi aīe: alie sunt cōes coꝛpi ꝛ aīe. Per ꝓprias intelligit phūs illas passiones ꝛ opatōes ad q̄s exercēdas non indiget oꝛgano coꝛpeo: sicut ille q̄ solū ꝓuenīūt hoīb⁹ et p cōes itelligit illas passiones ad q̄s exercēdas in-

Cōclo tertia. diget oꝛgano coꝛpeo nō solū ꝓueniētes hoībus: ſz etiā cōueniētes brutis. T. Oīno aūt. ¶ Tertia cōclo est: q hec scia est valde difficilis. Hāc ꝛcl'onem declarat p. mouēdo dubitatiōes ꝛ difficultates in hac scia ꝓsiderandas. ¶ Prīa dubitatio est de mō inuestigādi qdditatē siue diffinitionē aīe: ꝛ est talis. Utrū in oībus sit vna method⁹ ad inueniēdū q q̄d est: sicut est vna methodus ad sciendū passiones de suis subiectis q̄ vocatur demōstratio. Vel vtrū in alia ꝛ in alia spē: sint alia et alia method⁹ ad inquirendū q quid est: ꝛ si in omnibus sit vna methodus: tūc difficile est dare illā. Si ño sit alia ꝛ alia in diuersis spēbus: tūc adhuc difficili⁹ erit

Dubitatio.ij. in vnaq̄q spērū aīe inuenire ꝓpriā methodū ꝛ ꝓpriam artē ad diffiniēdū. T. Si manifestū aūt. ¶ Hic p. mouet dubitationē de ptibus in diffinitōe aīe ponendis di. q q̄uis manifestū sit ex libꝛo posterioꝝ aut ex aliq̄bus libꝛis quō debēt fieri demōstratōes ꝛ diffinitōes: tū restat dubiū: q̄ sunt p̄dicata in diffinitōe aīe ponēda cū prīo oporteret scire de quo gñe sit: vtrū sit substantia: q̄titas: q̄litas ꝛc. Deinde opz scire vtrū sit act⁹ vel potentia: cuz actus ꝛ potētia multū differūt. T. Cōsiderandū aūt. ¶ Hic p. mouet dubitationē de differentia ptiū aīe di. q cōsiderandū est vtrū aīa sit diuisibilis vel indiuisibilis. Deinde vtrū oīs aīa sit omni aīe eiusdem spēi vel nō: ꝛ si nō vtrū oīs sit eiusdē gñis. Quidā em̄ antiq credebāt oēs aīas esse eiusdē spēi determinātes solū de aīa hūana ꝛ hāc determinationē crediderūt

Dubitatō .iij. esse sufficientē. T. Fauere aūt. ¶ Hic p. mouet dubitationē de vnitate diffinitōis aīe di. q dubitabile est: vtrū sit vāda diffinitio cōis oī aīe: sicut datur vna diffinitio cōis eentialis oī aīali: vel vtrū vnicuiq̄ spēi aīe sit vāda alia ꝛ alia diffinitio aīe: sicut cuilibet spēi aīalis est vāda ꝓprie diffinitio. Nā alia est diffinitio equi et alia diffinitio asini: ꝛ alia diffinitio aīalis hois: ꝛ sic de aliis. q. vt dic̄ p. Rō aīalis fm vnūq̄q aīal est altera ꝛ altera. Et ad ꝓbandū q nō pōt dari vna diffinitō vlis sumit p. istā ꝓpōnē. Aīal vle aut nihil est aut posterius est. Et simlr dicēdū est de quolibet alio cōi. Et q. diffinitio dz dari p ꝓpria ꝛ dz esse prior diffinito: q̄ videtur q ipa nō dz esse ipsi⁹ vlis. T. Ampli⁹ autez. ¶ Hic p. ponit dubitationē de ordie ꝓcedēdi determinādo de aīa ꝛ est talis. Si non ponat nisi vna aīa q tñ hz plures potētias: dubitandū ē: vtrū prīo sit determinandū de ipa aīa ꝛ postea de ipis potētijs vel ecōtra. Deīde dubitatur vtrū sit pri⁹ determinādū de suis potentijs q̄ de opationib⁹ vel ecōtra. Et vtrū prīo determinandū est de opationib⁹ q̄ de obiectis vel econtra.

Rō aīalis fm vnūq̄q aīal est altera ꝛ altera.

Aīal vle aut nihil est: aut posterius est.

Dubita.iiij.

T. Videtur aūt. ¶ Hic p. assignat cāz dictaꝝ dubitationū di. q pri⁹ est determinādū de substātia aīe q̄ de suis potētijs ꝛ opatōib⁹ aīe: q. potētie ꝛ opatōes aīe sunt accidētia aīe de ipa aīa p demōstrationē scibilia: sed in demōstratione ꝓpter quid ꝛ potissima q. q̄d est siue diffinitio rei ꝓcedit ei⁹ potētias ꝛ opatōes. ¶ In oppositū aī: q. potētie ꝛ opatōes sūt nobis notioꝛes q̄ substātia siue q q̄d est: ꝛ valēt ad cognoscendum q q̄d est. Dicit em̄ p. q Accidētia magnā ptē ꝓferūt ad cognoscēdū q q̄d est: mō de nobis notioꝛib⁹ pri⁹ determinandū est: q̄ prī⁹ determiandū est de potētijs ꝛ opationib⁹ aīe q̄ de ipa aīa. Et infert p. q si p diffinitionem subiectoꝝ accidēna nō possunt cognosci de suis subiectis: tūc ille diffinitōes sunt dyaletice ꝛ vane. T. Dubitationē aūt hūt. ¶ Hic p. mouet dubitationē de passionib⁹ aīe: ꝛ est talis. Utꝝ oēs passiones aīe sint cōes aīe ꝛ coꝛpi: vel aliq̄ sint ꝓprie ipi aīe. T. Videt. Hic phūs dat solutionē dicte dubitatōis di. q plurime sūt passiones ꝛ operatōes manifeste cōes ꝛ anime ꝛ coꝛpoꝛi: tales aūt nō fiunt sine coꝛporis mutatione vl' motu. Videmus em̄ q coꝛpora pallent ꝛ rubescunt: et q sensus ab excellenti sensibili coꝛrūpitur. Sed inter ceteras operationes intelligere magis videtur esse ꝓprium anime: sed tamen ad intellectionē cōcurrit fantasia siue sensus qui non est sine coꝛpoꝛe siue oꝛgano coꝛpoꝛeo: ꝛ sic videtur q in nobis nulla est opatio aīe quin in illa indigeamus coꝛpoꝛe. T. Si quidē igitur

Obis demōstratois prīa ē q̄ō q̄d ē.

¶ Accīa magnā ptē cōferūt ad cognoscēdū q̄ō q̄d ē.

Dubitatio .v. Diffinitiones dyaletice vane sunt ad demōstranduz

¶ Hic phūs subdit q si anima nullā habeat opationē sine coꝛpoꝛe: tūc videtur q ipsa nō ē separabilis a coꝛpoꝛe: sed semp ei inherēs: sed si habeat operationē sine coꝛpoꝛe vel habere posset: tūc ipsa est separata vel separabilis. ¶ Sed diceret aliquis: si anima non sit separabilis: tunc nullas habet passiones ei secunduz se conuenientes. igitur non est determinandū de ipa aīa scōm se. ¶ Hoc remouet p. dicens q licet rectū ꝛ curuū non sint sine coꝛporibus naturalibus: tamē multa cōueniunt recto scōm q̄ rectum: ꝛ curuo scōm q curuum Ita similiter licet anima non sit separabilis a coꝛpoꝛe. tamen multa conueniunt anime scōm q anima. T. Videtur autem. ¶ Hic p. declarat solutionez prīus dictam dicēs: q in multis passionibus anime manifestū est: q. non fiant sine coꝛpoꝛe ꝛ motu coꝛpoꝛeo: sicut patet de odio: ꝛ sic de aliis: videm⁹ em̄ in his passionib⁹ coꝛpora sepe mutari in coloꝛe ꝛ in gestu. Unde aliqua coꝛpora ex cōplexione habēt: q facliter timēt. Ex his ptz q tales passiones nō solū cōueniunt aīe: sed etiaz coꝛpoꝛi. T. Si aūt sic. ¶ Hic p. infert q ad phīsicuz ꝓtinet determiare de aīa: ptz q. ad naturalē p. ptinet determiare de forīs naturalib⁹ quaꝝ opatōes ꝛ passiōes fiunt p mot⁹ coꝛpoꝛ: ſz sic ē de aīa: igr. Et q. nōdū ostē sum est: q oīs aīa hēat tales coꝛpeas passiōes: iō concludit p. sic q phīsicus dz cōsiderare de oīa aīa: vel de aliqua. T. Drūter aūt. ¶ Hic pbs. gīa dicti coꝛrelatiꝫ

Diffinitiones naturales et dialectice differunt.

Diffinitiones ire.

Tres modus diffiniendi.

Diffinitiones horum.

ponit duas inter diffinitiones naturales t dyaleticas dicēs q̄ physic⁹ siue naturalis diffinit p cām materiā lez t agētez: silr t p cām finalē. Sz dyaletic⁹ diffinit p gen⁹ t dr̄iam: t talis diffinitio ab antiq̄s solet vocari diffinitio formalis: t ō dicit p. dyaletici est diffiniri p formā. Dicit ēt dyaletic⁹ q̄ ira est appetit⁹ vindicte. Naturalis ẋo dicat q̄ ē feruor sanguinis aut calidi circa cor. T. Nō quidē ēt. ¶ Hic p. enumerat tres mōs diffiniēdi. ¶ Prim⁹ mod⁹ ē p formā vel p finē t dat exemplū de tali mō dicēs: q̄ dom⁹ est cooprimētum prohibens corruptōes a vētis nubib⁹ t caumatib⁹. ¶ Alia ē diffinitio q̄ dat p materiā: t dat p. exēpluz q̄ dom⁹ est lateres lapides t ligna cōgregata. ¶ Alia est q̄ p̄tinet istas ābas: sicut dom⁹ est lateres lapides t ligna ꝯgregata ad p̄hibnedum corruptionem tē. T. Si igr̄ naturalis. ¶ Hic p. includit q̄ diffinitio naturalis dr̄ dari p vtrāq̄ cām: scz p materialē t per formalē in ordie ad motū naturalē. T. Circa quas cūq̄s ¶ Hic p. dat modū diffiniēdi in aliis sciētijs: q: aliq̄ scie diffiniūt p materiā t formā in ordine ad opatōez volūtariaz: t talis diffinitio p̄tinet ad artē practicā. Alie vero scie abstrahūt a motu: sicut mathematica. Alie ẋo abstrahunt a motu t a materia sensibili: sicut metaphisica. T. Sz redd̄ēduz. ¶ Hic p. subdit q̄ exq⁹ multe sunt passiōes aie t corpi q̄uenientes multe sunt dubitatōes de aia. ō vidēduz ē in isto libro de istis dubitatiōib⁹ t ātiquoz opiōnib⁹ t si in eis aliq̄d bñ dictū inueniat illud accipiat t mun⁹ bene dictū dimittat.

Principiū aūt. ¶ Hec ē scda ps executiua huius libri in qua p. pseq̄tur intētuz suū. Et diuidit in tres libros ptiales q̄ videbūtur in pcessu. In primo libro Ar⁹. nō facit aliud q̄ narrare opiones ātiquoz t ī probare. ō totū residuū huius libri cū nihil doctrinaliter dr̄. sz disputatiue dimittitur.

Queritur vtz scia de aia sit de nūero bonorabiliū t difficilimoz. ¶ Et vr̄ primo q̄ de aia nō sit scia q: si de aia essz scia vel illa essz demōstratiua: vel diffinitiua: vel demōstratiua t diffinitiua simul. Nō demōstratiua: q: demōstratio pcedit p cām t ex pse notis: sed de aia nō p̄nt hr̄i hmōi ppones pse note. igit̄. Nec diffinitiua: q: aia ē insensibilis a nobis: ergo nō pōt distincte cognosci: t p ꝯs de ipa nō pōt hr̄i noticia diffinitiua. ꝯtra p̄ma p̄z: q: nihil est in intellectu q̄n prius fuerit in sensu. Nec pt hr̄i noticia diffinitiua t demōstratiua simul: q: nulli⁹ eiusdē est diffinitio t demōstratio vt dicit p. sc̄do posterioz: ergo de aia nō est scia. ¶ Secūdo sic. aia nō est cognoscibilis: ergo ipa non est scibilis: añs p̄z: q: si ipa essz cognoscibilis: vel hoc essz cognitōe sensitiua vel intellectiua: sz nulloz ē dicēdum: igit̄. Minor p̄z de sensitiua: q: ipa nō cadit sub sensu. De intellectiua p̄z: q: aia nō est sensibilis. igr̄ nec intelligibilis. ꝯtra p̄z: q: cognitio intellectiua dependet a sensitiua. ¶ Tertio sic: q: si aia cognosceret vel cognosceret seipa vel cognitōe ab illa distincta. Nō seipa: q: soli intellectui diuino q̄uenit q̄ sui ipi⁹ sit formalis cognitio. Nec pt dici scōm: q: tūc q̄reretur de illa. vtz essz cognoscibilis a se vel ab alia. Non p̄mū: q: nihil sui ipi⁹ est formalis cognitio adeq̄ta. Nec scōz: q: tūc essz p̄cessus in infinitū. ¶ Quarto sic. si de aia esset scia mathematicalis essz scia naturalis: sz hoc nō: igr̄. Minor p̄z: q: scia naturalis est de ente mobili: mō aia nō est ens mobile: cū sit indiuisibilis. igr̄ de aia nō est scia naturalis ¶ Quinto sic. nulli⁹ opinabilis ē scia: sz aia est opinabilis: igr̄ nō est scibilis. añs p̄z: q: de aia diuerse sunt opiones: vt p̄z p. p. in p̄mo libro p̄mi tractat⁹ vbi de aia multas narrat opiones: t ꝯa patz: q: scibile differt ab opinabili. ¶ Sexto sic, si de aia essz scia hoc essz tanq̄ de subiecto attributionis hui⁹ scie. sz hoc non: igit̄. Minor p̄z: q: corp⁹ aiatuz ē subiectū hui⁹ scie: cū oia q̄ p̄sideratur in hac scia habēt attributiōez ad ipm corp⁹ aiatuz: t non ad ipam aiam. ¶ Septimo sic. aia excedit mechas h⁹ scie: ergo nō est subiectū. añs p̄z: q: aia verificatur de aia sepata a corpe: t hic solū cōsiderat t deteriatur de aia q̄ est actus corpis aiati. ¶ Octauo sic: arguit q̄ nō sit de nūero honorabiliū. q: nulla scia est de nūero honorabiliū. igr̄ scia de aia non est de nūero honorabiliū. añs p̄z: q: illud est honorabile cui debet honor. sz honor nō debetur scie: sz deo t hoib⁹: cum honor sit exhibitio reuerētie in signū virtutis: igit̄ añs vex. ¶ Nono sic. q̄ nō sit de nūero difficilimoz: q: scia de aia est facilima ex pte rei cognoscende. igr̄ est facilima ex pte rei cognoscētis. ꝯa p̄z: q: est vnū t idē cognoscēs t cognitum. añs p̄z: q: ipa inter res pure naturales est maxie perfectōis: t p ꝯs maxime cognoscibilitatis. ¶ Decimo sic. scia de aia est multū delectabilis: nō nō est multum difficilis. ꝯa p̄z: q: difficultas ꝑportat quādaz penalitatē. añs p̄z: q: oīs scia est de nūero delectabiliuz. ¶ Undecimo sic. scia libri de aia est certissima. igit̄ nō difficilima. ꝯa p̄z: q: difficultas arguit incertitudinez t ō solet dici q̄ p̄incipia sunt facilima exquo sunt certissima. añs p̄z p. p. in hoc libro dicētez: q̄ scia de aia p ter certitudinē eius aliis sciētijs dr̄ esse p̄eponenda. ¶ Duodecimo sic. si scia de aia esset difficilima hoc maxime esset quo ad p̄sideratōem q̄ est de ipa: sz hoc non: igit̄. Minor p̄z: q: ipa faciliter cognoscibilis est ab intellectu ex quo ipa maxime pns est intellectui. ¶ Xiij. sic. scia q̄ est de opabilibus ipius aie est facilis. igit̄ et scia de aia. ꝯa p̄z p cōmentatorez dicētez q̄ opatio arguit formā sicut trāsmutatio materiā. añs p̄z p experiam habem⁹ ēt in nobis metipis opatiōez ipi⁹ anime percipim⁹ ēt visiōem audituōem t sic de aliis. ¶ Xiiij. si scia de aia esset difficilima: vel hoc essz de sciētia habita: vel de scia habēda. Non de scia habita: q: scia de aia habita facilis est: cū bñs eā faciliter exit in actuz p eam. Nec etiā de scia habēda: q: illud q̄ nō est: nō est difficile: scia vero habēda nō est: igitur,

In oppositū est pbūs tradēs nobis sciam de aia quaz dicit esse difficilimā. Et ethi. vj. dicit oēm virtutē esse de nūero honorabiliū modo scia de aia est quedā virt⁹ intellectualis: igit̄ scia de aia est de nūero honorabiliū. Pro solutōe q̄stionis.

Sciendū est p̄o: q̄ de ipa aia pōt esse scia dupliciter. ¶ Uno modo p terminos absolutos t q̄ditatiuos siue essentialiter p̄dicabiles de p̄pone ipam aiam demonstrāte: t istomodo p̄siderat de aia in metaphisica ¶ Alio modo pt esse scia de aia ꝑm terminos conotātes motū t mutatōez. cuiusmōi sunt isti termini natura: mobilis: actiua vel passiua. ¶ Et hoc cōtingit dupliciter. Uno mō ꝑm rōes t ḡales: t sic p̄sideratur de aia in phia naturali. puta in octo libris phīcoz: cum ipa aia sit natura t p̄incipiuz mouēdi t q̄escendi. ¶ Alio mō ꝑm rōnes spales connotātes motū t opationes vitales viuētis: siue ipius aie q̄ est viuētis p̄incipium. ¶ Et hoc contingit dupliciter. Uno mō practice: t sic scia moralis p̄siderat de aia bōna: t de eius passionib⁹. Silr de aliqbus aie passionib⁹ p̄siderat rethorica. ¶ Alio mō speculatiue. Et hoc ꝯtingit dupliciter. Uno mō descendēdo ad deteriatas spēs aiatoruz. puta aialium vel plātaz: ꝑm q̄ sunt diuersaz spēz aliez t alie p prietates: t sic deteriatur de aia t opationib⁹ aie in libro de aialibus in libro de vegetabilib⁹ t plātis. ¶ Alio mō non descendēdo ad determiatas spēs aialium t plātaz. ¶ Et hoc cōtingit dupliciter. Uno mō p̄siderādo de aia t de eius passionib⁹ t opationib⁹ eius: vt se tenēt

diuerse cōsideratōes aie

ex parte corporis ⁊ organoꝝ corporeoꝝ: pro quãto requirũt aliã ⁊ aliam qualitatiuã dispõnez vel cõplexionem: ad aliã ⁊ aliã opationem vitalẽ exercendã. sicut alia complexio reqritur in oculo ad vidẽdum: ⁊ alia in aure ad audiẽdum: ⁊ hoc modo cõsideratur de aĩa in diuersis libris quoꝝ naturalium. ¶ Alio modo cõsideratur de aĩa de passionibus ⁊ opationibus illius put se tenẽt ex pte anime. Et isto modo cõsideratur de anima in isto libro. ¶ Iste cũ termin⁹ anima (vt ad ppositum sufficit) capit dupliciter. Uno modo vt est termin⁹ absolutus omnem aĩam que est forma corpis animati significãs: ⁊ hoc modo non capitur in ista scientia: cum sit termin⁹ methaphisicalis. ¶ Alio modo capitur vt est termin⁹ cõnotatiu⁹: qui de materiali significato omnes aĩas corporum animatoꝝ importat: ⁊ de formali cõnotat illas res esse viraliter actuas ⁊ passiuas: mobiles aut motiuas: ⁊ hoc modo de aĩa considerat in ista scia tanq̃ de subiecto attributionis hui⁹ scientie: ⁊ eius ppria passio est hoc cõplexum. Ens vitaliter mutabile inherens materie. Unde ois aĩa corpis viuẽtis est pncipaliter formaliter viuificatiua ⁊ ecõtra dicitur pncipaliter: ppter calorez naturalẽ. Dr formaliter: ppter pmaz cãm ⁊ alias substãtias sepatas q̃ vificãt effectiue ⁊ nõ naturaliter.

De subiecto ⁊ passione pscientis scie.

Quõ scia dr facilis vel difficilis.

Sciendũ est scdo q̃ scia non ppie dr facilis vel difficilis: cũ facilitas ⁊ difficultas ppie reperiũtur in potentijs actiuis ⁊ passiuis: sed improprie dr facilis aut difficilis: qr talis scia difficulter aut faciliter acquiritur: puta cum magno labore. Et ista difficultas potest pcuenire. Uno modo ex pte intellectus nostri. Alio modo ex pte rerum scibilium. Tertio modo ex pte sensuum nostroꝝ ⁊ corpoꝝ. ¶ Ex parte cõi intellect⁹ nostri q̃tum est ex pte sui nulla est difficultas: qr intellectus noster ad oẽm sciẽtiam acquirẽdaz naturaliter inclinatur: tanq̃ perfectibile ad suam ppriam pfectionem. ¶ Ex pte rei considerate illa sciẽtia dr difficilis: non difficultate que puenit ex resistentia rei considerate ad intellectum: cum quelz res q̃tuz pot se obijcit potentie cognitiue: sed quia talis res dr modice entitatis. Et illa dr facilis ex parte rei cognite: que considerat res que sunt magne entitatis siue perfectiõis. ⁊ isto modo sciẽtia de aĩa non dr difficilis. ¶ Ex parte vero sensuum nostroꝝ scientie dicũtur difficiles: ppter indispõnem organoꝝ tam interioꝝ q̃ exterioꝝ: et etiam ex quo intellectus cognoscit mediãte cognitione sensitiua: ideo scientia que est de insensibilibus dicitur quodãmodo difficilis: cum intellect⁹ difficulter mediãte sensu potest puenire in cognitiõem talis rei. ¶ Scientiam vero de aĩa esse faciliter aut difficulter acquisibilem pot dupliciter intelligi. Uno modo quo ad se totam ⁊ qualibet partem: ⁊ hoc modo ipa est difficilis. Alio modo quo ad aliquas ptes. Et hoc dupliciter. Uel ad scientiam pncipioꝝ: ⁊ sic ipsa est facilis ad acquirendum hominib⁹ aptis ad scientiam: cuz pncipia huius scientie per experientiam hĩi possint. Alio modo quo ad conclusiones. Et hoc dupliciter. ¶ Uno modo quo ad conclusiones ppinquas pncipijs: que sine magno pcessu ex illis possunt deduci: ⁊ quo ad illas cõclusiones faciliter est acquisibilis sciẽtia de anima ab hominib⁹ aptis ad scientiam: qr tales cõclusiones per cõsequentiam euidẽtem nobis ex pncipijs manifestis sine magna deductione ⁊ longo pcessu deduci possunt. ¶ Alio mõ quo ad cõclusiones multũ distãtes ab illis pncipijs: ⁊ quo ad illas scia de aĩa est difficulter acquisibilis: etiam ab hoĩe apto ad sciam: ⁊ hoc ppter multitudinem deductionũ vel discursuum qui reqruntur ad hoc q̃ tales conclusiones ex pncipijs motis huius scientie deducãtur. Istis notatis fit.

Conclusio responsiua: scia de aĩa est de nũero honorabilium ⁊ difficilimoꝝ.

Nunc autem pzio de sono. ¶ Istud est quartum capitulum huius tractatus. In quo p. determinat de audibili ꝛ auditu. Et primo determinat de sono ꝙtum est ad eius generationem: ꝙtum ad immutationem medij: ꝛ organi: ꝛ ꝙtum ad eius differentias. Secundo determinat de voce: secũda pars ibi. vox autem Dicit ergo primo sic. ꝙ post determinatiõem de visibili determinãdum est de audibili: scilicz de sono: postea de odore. cõsequenter de gustabili ꝛ tangibili. De sono autem ꝛ sonante ponit talem distinctiõem: ꝙ sonus ꝛ sonans dicũtur aliquãdo ex eo ꝙ sunt in potentia ꝓ pinqua ad bene sonãdum: licet actu nõ sonãt. Aliomodo dicuntur: quia sonant in actu licet male: ꝛ talia dicimus nõ sonare: quia male ꝛ inepte sonant: ꝛ isto modo isti termini scilz sonãs ꝛ sonare dicunt potentiã ad bene sonãdum: ꝛ nõ sonãs dicit potentiam ad male sonãdum. Alio mõ capitur sonus siue sonãs pro actu sonandi: siue hoc sit bene vel male. T. Fit autem ꝼm actum. ¶ Hic p. enumerat principia requisita ad generationem soni. Ad generatiõem enim soni requiritur percutiens: percussum: ꝛ mediuz: ꝛ hoc vel formaliter distincta si debeat bene fieri sonꝰ: vel ꝙ sint equiualẽter cum nõ est necesse ꝙ ad generatiõem soni aliud cõcurrit ꝙ aer velociter motus: ꝛ aliquod violente findens ipsum aerem. Tex. Sicut iam diximus. ¶ Hic philoso. ostendit qualia debent esse percutiens ꝛ percussum ad hoc vt perfecte fiat sonus: dicens ꝙ illa debent esse dura: leuia: ꝛ concaua. Dura quia mollia cedunt ꝛ recruuãt se contra ictum: ꝛ sic tarde fit diuisio aeris siue medij. Leuia quia aspera non tangunt se ꝼm magnas partes: sed quasi punctualem Concaua: quia plana vel gibbosa non bene retinent aerem motum: sed concaua bene ipsum aerem retinent cum magna reuerberatione. ¶ Textus. Hoc autem simpliciter ¶ Hic philosophus dicit ꝙ sonus sic causatur. Nam ꝓ hoc ꝙ aer medius nõ potest faciliter cedere percutienti detentus a percusso resistente aut obuiante oportet aerem velociter ꝛ violente findi cum motus percutientis preueniat diuisiõem naturalem aeris: ꝛ sic ibi causatur sonus. Textus. Echo autez ¶ Hic p. ostendit quomodo generãtur soni ꝓ reflexionem dicens: ꝙ sonus ꝓ reflexionem que vocatur echo fit isto mõ. Nam ꝓ hoc ꝙ aer motus in quo generatus est sonus inuenit obstaculum ꝓpter quod reflectitur vnde mouebatur: sic sonus in illo aere existens etiam reuertitur: ꝛ ille sonus qui sic reuertitur dicitur sonus echo. Et subdit philoso. ꝙ talis sonus fit quãdo aer sequens habet aliq̃ resistentiam ad aerem precedentem: ꝓpter quam aer precedẽs aliquo modo reflectitur nõ tamen fit equaliter notabilis ꝓpter debilitatem repulsionis: ꝛ est simile de multiplicatõe luminis ꝛ soni. Sum per enim lumen multiplicatum aliquo modo reflectitur: licet aliquando perfectius ꝛ notabilius: puta ab aqua ꝛ aliis coꝛpozibus lenibus ꝛ opacis: aliquãdo veꝛo nõ reflectitur notabiliter: sicut ab aere. Sic etiaz sonus ab aere multiplicatus aliquãdo reflectitur: ꝛ tũc perfecte aparet sonus echo: sicut in nemoꝛibus: vel aliis bene concauis: aliquando valde debiliter reflectitur: ita ꝙ non bene percipitur. Et subdit philoso. ꝙ dictum antiquoꝛum dicentium ꝙ vacuum est ꝓpzium medium per quod audimus: licet nõ sit simpliciter verum: tamen apud ipsos verum sensuz habuit: quia aer est ꝓpzium medium ꝛ idoneum: vt soni fiant: ꝛ multi reputant illud in quo non est nisi aer vacuum: igitur ꝼm illos sensum verum h.. ouit. T. Sonantium quidem igitur. ¶ Hic p. ostẽdit quomodo sonus immutat medium ꝛ organum: dicens ꝙ sonantium siue percutiens mouet aerem existẽtem vnum ꝛ continuum vsq̃ ad auditum: ita ꝙ percutiens mouet vnam partem aeris: ꝛ illa aliam vsq̃ ad auditum: ꝛ in organo auditus est quedam dispositio: siue ipsum organum est bene dispositum ad suscipiendum sonum. Textꝰ. Perse quidem. ¶ Hic p. ostendit qualiter oz esse ille aer: dicens ꝙ aer pse. i. solitarie acceptꝰ est insonabilis: ex quo ex natura sua faciliter cedit: ꝛ ideo debet esse violente motus ꝛ violente fractus. Sed organum auditus debet esse quiescens vt melius possit distinguere sonos. Istud declarat p. per duo signa. ¶ Primuz est: quia in aqua audimus quãdo aqua non ingreditur vsq̃ ad ꝓpzium organum auditus: sed quãdo peruenit ad illud organum perturbat ipm: ꝛ tunc nõ bene audimus: ergo signum est ꝙ organum auditus debz esse in quiete. ¶ Secundum signum est: quia quãdo organum auditus mouetur sine sono exteriozi ꝓpter motum spiritũ ex infirmitate: vel ꝓpter aliquam aliam causam: tunc non bene audimus: ergo ad bene audiendum requiritur ꝙ organum non sit motum saltem alio motu ab illo quo species causatur in ipso. Tex. Utrum autem. ¶ P. hic mouet vnam questionem circa generationem soni. vtrum percutiens sonat vel percussum. ¶ Respõdet p. ꝙ vtrũq̃ sonat differenter tamen. percutiẽs enim sonat actiue mouendo ꝛ pellendo aerem: ꝛ percussum sonat detinendo aerez: ꝛ sic aer inter percutiens ꝛ percussum velociter frangitur. Tex. Differentie autem. ¶ Hic p. determinat de differentijs sonoꝛum vel sonãtium: dicens ꝙ sicut coloꝛes non percipiuntur sine lumine actuali: ita nec differentie sonantium sine sono actuali. Differẽtie autem sonoꝛum sunt: acutum: ꝛ graue. Et dicuntur hec nomina de sonis ꝼm similitudinez ad tangibilia. Nam est similitudo talis: ꝙ sicut tangibile acutum mouet ꝛ pungit velociter tactum: sic etiaz sonus acutus cito mouet auditum. Et sicut tangibile graue non cito mouet tactum: sic etiam sonus grauis non cito mouet auditum. Textus. Uox autem. ¶ P. hic specialiter determinat de voce: et primo assignat causam efficientem principalez vocis dicens: ꝙ anima est causa principalis effectiua vocis: ex quo vox est sonus animati: ꝛ nullum inanimatum vociferat. Et licet aliqua instrumenta musicalia ab aliquibus dicantur vociferare: tamen non ꝓpte facunt vocem: sed similem voci. Talis enim sonus assimulatur voci in tribꝰ. scilicet in duratione: in melodia siue consonantia: et locutione: hoc est distinctione. Textus. Multa autem animalium. ¶ Philosophus hic ostendit causam materialem vocis. ꝛ primo ostendit que animalia non vociferant: dicens ꝙ animalia non habentia sanguinem non respirant: ꝛ etiam animalia sanguinez habẽ

Redsita ad sonum.

Cõditiões bñ sonãtium.

Diffinatio soni

Diffinatio Soni Echon.

Diffe sonoꝝ.

De cã efficiẽte vocis.

De cã materiali vocis.

cuiusmodi sunt pisces continue in aqua existentes ex quo nō suscipiunt aerem inspirando: ideo talia animalia non vociferant: cum vox non fit sine aere inspirato. Et ꝛ aliquādo faciunt sonos: tamen illi soni nō sunt voces: cum non fiant mediante aere inspirato.

¶ Tex. Vox autem. ¶ P. hic dicit: q vox est sonus animalis fm illam partem fm quā suscipit aerem ꝛ emittit: inspirando ꝛ exspirādo: ideo sola animalia respiratiua vociferāt: ꝛ per cōsequens subiectum vocis est aer inspiratus: ꝛ postea expiratus. T. Jam enim aere. ¶ Hic p. subdit: q natura vtitur aere inspirato ad duos fines: scilz ꝓpter necessitatem vite: scilz ad refrigerationez caloris naturalis ipsius cordis. Secundo ad vociferādum. Sicut natura vtitur lingua principaliter ad gustādum: ꝛ secūdario ad loquendum.

Diffinitio vocis.

Tex. Organum autem. ¶ Hic p. dicit: q organum formatiuum vocis est vocalis arteria ꝓcedens ab ore vsq; ad pulmonem per modum fistule: ꝛ pulmo est causa principalis quare vocalis arteria est formatiua vocis: q; pulmo ad refrigerium caloris sui ꝛ cordis attrahit aerem: ꝛ cum aer calefactus est expellit eum per vocalez arteriam. Ex istis infert p. diffinitionem vocis dicens: q vox est percussio aeris inspirati ad vocalem arteriam moti ab anima que est in illis partibus.

De cā finali vocis.

T. Non est omnis. ¶ P. hic dat causam finalem vocis: dicens q causa finalis vocis est: significare alteri conceptum mentis. Non em̄ omnis sonus animalis dicitur vox: sz oportet q anima cum imaginatiōe significandi certis modis moueat aerem respiratum per vocalem arteriam: cū multum inspirātes nō vociferant: sed detinētes aerem ꝛ claudendo vocalem arteriā. ꝛ istomō frangūt aerem: ꝛ tūc vociferant.

De odore autem. ¶ Istud est quintū capitulum: in quo p. determinat de odore ꝛ olfactu: ꝛ primo determinat de obiecto olfact⁹: scilz de odore: secūdo de medio: tertio de organo. Dicit ergo primo sic. q difficile est bene determinare de odore: quia sensum olfact⁹ minus certum habem⁹ ꝝ alios sensus: cum multa animalia melius odorāt ꝝ nos. ꝙ autem sensum olfactus min⁹ certuz habemus: patz: quia nos non odoramus nisi delectando vel tristādo: sed delectatio ꝛ tristitia impediunt rectum iudicium. Eidem⁹ tamen sepe ꝛ audimus nō delectando vel tristādo. Etiam organum olfact⁹ est ꝓpe cerebrum a quo nimis infrigidatur: ex quo habemus cerebrum magnum ꝛ frigidū. ideo nō faciliter percipimus odores: sicut aliqua animalia habētia oculos duros: hoc est min⁹ bene dispositos ad videndum non ꝙ cipiunt paruas differentias colorum: sed solum percipiunt colores terminatos ꝛ intensos. Alia sunt animalia habētia oculos bene dispositos: ꝛ tales puas differentias colorum pcipere possunt.

Multa alia melio⁹ odorant hoīb⁹.

T. Videtur enim. ¶ P. hic ostendit quō olfactus habz quādam similitudinem cum gustu: dicens q ꝓportionabiliter est dicendū de olfactu sicut de gustu: q; ꝓportionabiliter se habent spēs odoꝝ ꝛ saporum: ita q species odoris sequūtur sapores: sed sapores sunt nobis experti siue noti: ex quo gustus est quidam tactus ꝛ tactum inter cetera animalia habemus certissimū. ꝙ sic declarat p. quia tactus consistit in quadam ꝓportiōe qualitum primarum formaliter vel equivalēter: sed in homine est melior ꝓportio ꝝ in aliquo alio animali: cum homo habeat melioꝛem complexionem habz ꝝ aliquod aliud animal: ideo inter cetera animalia habem⁹ tactum certissimuz

Gust⁹ ꝛ quō tact⁹ quē ꝑceteris habem⁹ certissimū.

Ex isto infert p. q inter cetera animalia homo est prudentissimum animalium: cum habeat certissimum tactum: non tamen ex eo: quia per tactum, plus adscit ꝝ per alios sensus: sed ideo quia bonitas tact⁹ est signū melioris complexiōis: cum per hūc sensum (puta per sensum tact⁹) distinguim⁹ in genioſos ab aliis: ꝛ non fm alios sensus: ergo illi qui habent meliorem tactum sunt magis ingenioſi: sicut illi qui habent carnes molles mollicie aerea ꝛ sanguinea: ꝛ nō mollicie aquatica ꝛ fleumatica: sicut est mollicies carnis mulieris: ꝛ ideo dicit phūs: q duri carne dicūtur inepti mēte: ꝛ molles carne mollicie aerea ꝛ sanguinea bene digesta dicūtur apti mente.

Duri carne ineptī mēte molles aūt carne bñ apti.

T. Est autem. ¶ P. hic ostēdit quō sunt sumēde spēs odoris dicēs: q spēs odoris sumende sunt ꝓportionabiliter ad spēs humoꝝ ꝛ saporum: ꝛ similib⁹ nominibus nominātur. Nam sicut quidam sapores sunt delectabiles siue dulces: ꝛ quidam amari: ꝛ quidā austeri: ꝛ q̄dā acuti. Sic sunt q̄dā odores delectabiles: ꝛ quidam amari: ꝛ quidā austeri: ꝛ q̄dam acuti. Et similiter odores medij (qui sunt magis immanifesti) solum nominantur nominibus saporum mediorum.

De spēb⁹ odoris.

Causa autez cōuenientie odoris ꝛ saporis est: similis modis generationis odorum ꝛ saporum: vt patz ex libro de sensu ꝛ sensato.

Acceptiones nō odorabilis

T. Adhuc aūt. ¶ P. hic subdit q olfactus potest percipere non odorabile. quia visus percipit tenebram: ꝛ auditus silentium: licet hoc fit per accidens: ergo olfactus percipere potest non odorabile percidens. Tripliciter eniz dicitur non odorabile. vnomodo quia nullum odorem habet. Secundo: quia paruum odorem habet. Tertio: quia pauum odorem habet.

De medio olfact⁹.

T. Est autem. ¶ P. hic determinat de medio olfactus dicens: q medium per qō sentitur est aer vel aqua: cum mediāte aere contingat odorare ꝛ mediante aqua. De aqua patz: quia pisces existētes in aqua ꝓsequūtur a longe alimentum: ꝛ non per visum: igitur per olfactum. De aere patz: de animalibus sanguinem habentibus ꝛ respirantibus.

Dubium.

¶ T. Unde ꝛ dubium. ¶ P. hic mouet dubitationem que talis est. vtrum animalia non habentia sanguinem sentiūt odorem per olfactum: vel per alium sensum: ꝛ videtur q non per olfactum: quia non respirant: ꝛ perceptio odoris fit cum respiratione in habentibus olfactum: igitur. Sed q non per alium sensum patet: quia qui percipiunt odorem ꝛ non per olfactum: percipiunt per alium sensum: sed sic est de non habentibus sanguinem: igitur.

Solutio

¶ T. Sed impossibile. ¶ P. hic soluit dubitationem dicens: q animalia non respirantia percipiunt odorem per olfactuz: quia talia animalia quādoq; corrumpūtur ꝛ leduntur malis odoribus: ergo signum est q talia animalia percipiunt odores: sed non simili modo percipiūt sicut animalia non habētia sanguinem: ꝛ non respirantia. Quod declarat p. per vnū simile: quia queō animalia habēt palpebras ad cooperiendum oculos: ꝛ talia non videant nisi mouēdo palpebram. Alia sunt animalia non habentia palpebras sicut sunt habentia duros oculos: et talia vident sine palpebrarum motione. Ita similiter sunt animalia habentia super organum olfactus pelliculam: ꝛ talia non possunt odorare sine apertione illius pellicule: q quidem apertio fit per respirationem: ideo talia animalia odorant respirando. Alia sunt que non habent pellliculam super organum olfactus: ꝛ odorant sine apertione pellicule et talia odorant non respirando.

De organo olfactus.

¶ T. Est autem odor. ¶ P hilosophus hic determinat de organo olfactus: dicens q sicut organum gustus est in potentia ad sapores siue ad recipiendum species sapoꝝ. ita organū olfact⁹ est in potētia ad odorem hoc ē in potētia ad recipiēdum spēs odoꝝ.

Bustabile autem. ¶ Istud est sextum capitulum huius tractatus in quo philosophus determi-

nat de gustu ⁊ gustabile. Et primo determinat de medio. secūdo de obiectis: tertio de organo. Premittit ergo primo talem conclusionem q̄ gustabile est quodā modo tangibile. pbat philo. duabus ratiōibus. Quarum prima est q̄ illud quod sentitur siue percipitur sine medio extraneo est tangibile: sed sic est de gustabili: igitur. Textus. Et corpus. ¶ Secūda ratio. Illud quod percipitur cuz humido vel in humido est quodā modo tangibile: cum humiditas sit causa tangibilis: sed gustabile est huiusmodi: igitur. Minor patz: quia non gustatur nisi sapor: ⁊ sapor est de natura humidi: igitur gustabile percipitur cuz humido in humido. Et cum gustabile est quodammodo tangibile: sequitur q̄ gustus est quodammodo tactus: ita q̄ gustus ⁊ tactus conueniunt in medio sentiendi. cum vterq̄ sentit sine medio extrinseco. Etiaz gustus non sentit quin tactus sentiat. Textus. Et si. ¶ P. hic declarat exemplariter: q̄ gustus fit sine medio extraneo: quia si quis esset in aqua: ⁊ esset quidam sapor commixtus siue corpus sapidum commixtum ipsi aque: ⁊ illud mixtum poneretur supra linguam perciperemus ipsuz: quod tamen non est sic de alijs sensibus. Nam colore posito supra oculum non fit sensatio: ergo gustus fit sine medio extraneo. Etiam per gustum non percipimus saporem sine humiditate: quia sal positum supra linguam non sentimus per gustum sine humefactione: ⁊ ideo natura dedit in linguam saliuam vt mediante illa posset p̄cipi sapor. Textus. Sicut autem. ¶ P. hic determinat de obiecto gustus: dicēs q̄ sicut visus est perceptiuus visibilis ⁊ inuisibilis: ⁊ auditus audibilis ⁊ inaudibilis: ita gustus est perceptiuus gustabilis ⁊ non gustabilis. Dicitur enim non gustabile: vel quia caret sapore: vel quia habet saporem remissum: vel quia habz saporem multum malum licet intensum: et hec omnia gustu percipimus. Subdit tamen p. q̄ gustu magis p̄prie percipimus potabile ⁊ non potabile. q̄ commestibile ⁊ non commestibile: quia potabile dicitur ratione humidi: ⁊ commestibile ratiōe sicci: ⁊ sapor est passio humidi. Etiam potabile habet saporem magis intensum ⁊ bonum: ergo sequitur q̄ gustus magis p̄prie p̄cipit potabile ⁊ non potabile: q̄ commestibile ⁊ non commestibile. Textus. Quoniam autem humidum. ¶ Hic philosophus determinat de organo ipsius gustus. Et primo determinat de ipso in ordine ad gustabile ſm q̄ est humidum: q̄ organum gustus non debet esse actualiter humidum: quia recipiens debet esse denudatum a natura recepti: ⁊ cum organum gustus sit receptiuum specierum gustabiliū: sequitur q̄ erit denudatum ab humido: vt posset humidum percipere et cognoscere. Nec debet esse organum gustus siccum ⁊ durum a dominio: quia tunc non posset bene humectari ab humido: ⁊ tamen non posset fieri sensatio nisi ipsum organum aliqualiter humectetur. Textus. Signum autem. ¶ Philosophus hic declarat signo: q̄ oportet organum gustus non esse nimis siccum: nec nimis humidum: quia cum lingua sit multum sicca: non percipit saporem nisi fuerit humectata. Similiter cuz lingua sit multum humida: ⁊ multum alterata per fortes sapores non bene iudicat de saporibus: ergo organum gustus non debet esse multum humiduz nec multum siccum. Ex quo patet: q̄ infirmi habentes multaz humiditatem ⁊ amaram supra linguam iudicant omnia amara. Text. Species autem humorum. ¶ Hic philosophus determinat de organo ipsius gustus in ordine ad gustabile ſm q̄ est sapidum ⁊ primo numerat species saporum dicens: q̄ sunt due species extreme: scilicet dulce ⁊ amarum: ⁊ media horum: sed species propinquior dulci est pingue. ⁊ propinquior amaro est salsum: ⁊ medie species istorum sunt austerum: et acetosum: acutum: stipticum: ⁊ ponticuz. Et subdit philosophus: q̄ organuz gustus debet esse in potentia ad recipiēdum species saporez qui sapores nati sunt cau sari in ipm organum.

Conclusio.

De obiecto gustu.

Acceptiones nō gustabilis

De organo gust⁹.

De spēb⁹ gustus

De tangibili autem ¶ Istud est est septimum capitulum huius tractat⁹. in quo philosoph⁹ determinat de tangibili ⁊ tactu. Et primo determinat de medio. Secundo de obiecto ⁊ organo. Premittit ergo talem suppositiōem: q̄ sic est de tangibili ⁊ tactu: sicut de alijs sensibus ⁊ eorum obiecto. Unde sicut visus est duorum contrariorum perceptiuus: ⁊ mediorum inter contraria illa: sic sensus tactus est duorum contrariorum ⁊ inter mediorum perceptiuus Isto supposito mouet philosophus duas questiones. ¶ Prima est. vtrum sensus tactus sit vnus sensus vel plures. ¶ Secunda est. vtrum organum tactus sit caro in habētib⁹ carnē ⁊ aliq̄d ꝓportionabile carni in nō habentibus carnem vel sit aliud a carne: puta neruus existens in carne. Textus. Omnis etenz. ¶ Hic philosophus prosequitur primam questionem soluendo ipsam dicens: q̄ sensus tactus est plures sensus: quia vnus sensus debet esse vnius contrarietatis perse: sed tactus est plurium contrarietatum perse ⁊ plurium ꝓportionum: quarum vna est inter calidum ⁊ frigidum: ⁊ alia inter humidum ⁊ siccum: ⁊ vtraq̄ istarum contrarietatuz est prima: ergo sequitur q̄ sunt plures sensus tactus: quorum vnus est perceptiuus calidi ⁊ frigidi: ⁊ alius humidi ⁊ sicci. Tex. Habet autem. ¶ Hic philosophus remouet solutionem antiquorum ad dictam dubitationem. Dicebant enim antiqui quidam: q̄ diuerse qualitates circa tactum: non arguunt diuersitatem sensus tactus: quia alij sensus plures contrarietates percipiunt: ⁊ tamen propter illas plures contrarietes non sunt ponendi plures sensus. visus enim plurium contrarietatum est perceptiuus: ⁊ tamen ꝓpter illas plures contrarietates non sunt ponēdi plures sensus visus: igitur. ¶ Ad hoc respondet: q̄ nō est simile: quia omnium colorum est vnum subiectum: id est vnum genus ꝓpinquum: scilz color: ⁊ omnium sonorum vnum genus propinquum: puta sonus: sed ista quatuor: scilz calidum: humidum: frigidum: ⁊ siccum: non habēt vnum genus ꝓpinquum. Et licet a visu vel aliquo alio sensu percipiantur peraccidens siue tanq̄ sensibilia communia: vt magnitudo ⁊ paruitas: nō tamen perse ⁊ tanq̄ sensibilia ꝓpria. Textus. Utrum autem hoc. ¶ Hic philosophus soluit aliam questiōez ⁊ primo remouet motiuum ꝓpter quod posset apparere. q̄ caro esset organum tactus. Dixerunt enim quidā carnem esse organum tangendi ⁊ non mediuz: eo q̄ q̄ cito aliquod tangibile ponatur supra carnem sentitur sine perceptione intermedij. Textus. Etenim nunc. ¶ Philosophus hic dicit q̄ non sequitur: quando aliquod tangibile pōitur supra carnem sentitur: ergo caro est organum. Nam in simili non sequitur: quia si q̄s extendat tenuissimam pelliculā supra carnem: ⁊ ponatur tangibile: puta calidum supra ipam adhuc illud calidum percipietur: ⁊ tamen illa pellicula non est organum tactus. Similiter color applicatus oculo distanti statim videtur per aerem: ⁊ tamen ꝓpter hoc non sequitur q̄ ille aer sit organuz visus. Textus. Propter quod autem. ¶ Hic philosophus remouet aliam cauillationem ꝓpter quam aliqui voluerunt dicere q̄ esset vnus sensus tactus: quia est vnum medium per quod sensus tactus percipit calidum: frigidum: humidum: ⁊ siccuz. ¶ Ad hoc dicit philosophus: q̄ consequentia

Due q̄stiōes.

Solutio p̄me q̄stiois.

Vn⁹ sensus ē tm̄ vni⁹ ꝓtrarietatis.

Solutio antiquoꝝ.

Cōfutatio.

Solutio sēde q̄stiōis.

Remouet alia cauillatio

Quid medium tactu⁹ intrinsecu⁹.

tion valet: quia visus: auditus: ⁊ olfactus: percipiunt sua obiecta per idem medium: et tamen manifestum est: ꝙ illi sensus sunt multi: igitur illa consequentia non valuit. Textus. Ex aere enim. ¶ Hic philosophus ostendit: ꝙ caro est medium intrinsecu⁹ dicens ꝙ omnem sensationem oportet fieri per medium: cum sensibile positum supra sensum non facit sensationem sed caro non est organum tangendi cum sensibile positum supra carnem sentitur: ⁊ ipsa caro est pars animalis: sequitur ꝙ caro est medium intrinsecum tangẽdi. Et iste terminus caro in proposito capitur vt se extendit ad cutem. Tex. Demonstratur autem. ¶ Hic philosophus ostendit ꝙ ista consequentia non valet qua aliqui voluerunt probare: ꝙ esset vnus sensus tactus sic. organum tactus est vnu⁹: ergo sensus tactus est vnus: quia non valet in simili. nam est vnum ⁊ idez organum gustus ⁊ tactus: ⁊ tamen non sequitur ꝙ est vnus ⁊ idem sensus gustus: ⁊ sensus tactus: ⁊ hoc capiendo sensum gustus ⁊ sensum tactus. pro dispositionibus existentibus in organo: ⁊ dispositione requisita ad gustandum: ⁊ dispositiõe requisita ad tangendum ¶ Textus. Dubitabit autem. ¶ Philosophus hic determinat de medio extraneo ipius tactus: premittens vnam conclusionem valentem ad propositum que talis est. Q| corpora dura ⁊ sicca sibi inuicem approximata non se tangunt in aere immediate. Probat sic philosophus: quia talia corpora non tãgunt se in aqua quãdo ponuntur in aqua: cum inter illa corpora inueniatur aqua media quãtumcunq; sint approximata: ergo nec tangunt se in aere. Consequentia patet: quia aer est multo subtilior ꝙ aqua: ergo si aqua potest mediare inter illa corpora: etiam ⁊ aer. Tex. Utrum autem. ¶ Philosophus hic remouet vnam questionem que talis est. Utrum sensibilia simili modo sentiuntur scilz per medium extraneu⁹: vel modo dissimili: ita ꝙ gustus ⁊ tactus sentiũt tangendo ipm sensibile: ⁊ alij sensus non tangendo. Tex. Nocaut non. ¶ Philosophus hic soluit dictam dubitationem: dicens ꝙ omnes sensus sentiũt per medium extraneum: sed sensus gustus ⁊ tactus sentiunt per medium non multum extraneum vel saltez possunt sentire. Sed alij sensus puta visus: auditus: olfactus: sentiunt multum medium extraneo. ¶ Textus. Sed differt. ¶ Philosophus hic ostendit: quomodo sensus gustus ⁊ tactus differenter sentiunt per medium extraneum: ⁊ alij sensus dicens: ꝙ medium extraneum pure accidentaliter se habet ad sensationem que fit per gustum ⁊ tactum: quia si de facto non esset tale medium non minus fieret sensatio: sicut aliquis percutiens hominem supra clipeu⁹ sibi adiunctum non minus lederet siue percuteret eum sine clipeo: sed magis: ideo clipeus nõ requiritur perse ad percussionem. Sic similiter medium extraneum non requiritur ad sensatõem tactus aut gustus. Ex quo patet: ꝙ gustus ⁊ tactus possunt exercere suas operationes sine medio extrinseco: sed sic non est de aliis sensibus ¶ Textus. Omnino autem. ¶ Hic philosoph⁹ iterum probat: ꝙ caro in gustu ⁊ tactu est medium sentiendi: quia nullum sensibile positum immediate supra sensum facit sensationem: ⁊ tamen sensibile positu⁹ supra carnem facit sensationem: ergo caro est medium tangendi siue gustandi: sicut aer est medium videndi ⁊ audiendi ¶ Textus. Tangibiles autem. ¶ Hic philosophus determinat de obiecto ipius tactus: dicens ꝙ obiectum ꝓprium ipius tactus: siue obiecta propria sunt qualitates prime: que sunt differẽtie corporis generabilis ⁊ corruptibilis: non quidem differẽtie essentiales: sed differentie accidentales ¶ Textus. Sensitiuum autem. ¶ Hic philosophus determinat de organo tactus dicens: ꝙ organum tactus debet esse in potentia ad recipiendum species qualitatum sensibiliu⁹ ⁊ debz esse i proportione media illarum' qualitatum. ¶ Ex isto infert philosophus: ꝙ calidum et frigidum secundum eorum excellentias non sentimus: quia sensus tactus consistit in media proportione: et ab excellentijs illarum qualitatum corrumpitur. ideo illas excellentias non percipit: vel non ita bene percipit sicut qualitates excellentes ¶ Textus. Amplius autem. ¶ Hic philosophus subdit: ꝙ sicut visus est visibilis ⁊ non visibilis. ita tactus est tangibilis ⁊ non tãgibilis. Dicitur enim non tangibile: vel quia non potest tangi: vel quia debiliter tãgitur: sicut habens qualitatem valde remissam: vel quia est corruptiuum tactus: sicut ignis dicitur intãgibilis: quia aggrauat tactum ⁊ ledit.

Conclo ꝓ medio extraneo tact⁹.

Questio

Solutio

De obiecto tactus.

De organo tactus.

Excellẽs sensibile corrumpit sensum.

Acceptiones notangibiles.

Oportet autem. ¶ Istud est octauum capitulum: in quo philosophus determinat de immutatione sensuum a sensibilibus: ⁊ de numero sensuum exteriorum. Et primo determinat de inmutatione sensuum dicens primo sic: ꝙ sensus est susceptiuus specierum siue materia: quod sic potest exponi: ꝙ organum sensus est susceptiuu⁹ speciei ipius sensibilis: ⁊ tamen non est susceptibilis ipius obiecti realiter sicut cera recipit figuram sigilli: ⁊ tamen non recipit ipsum siue materiam ipius sigilli realiter in se ¶ Textus. Sensitiuum autem primo. ¶ Philosophus hic comparat organum ad sensum ⁊ sensibile dicens: ꝙ organum ⁊ sensibile sunt vnum: quod sic intelligitur. Organum est in potentia ad recipiendum speciem sensibilis: ⁊ species sensibilis se habet vt actus: similiter ex sensu ⁊ organo fit vnum: sicut ex forma substantiali et materia fit vnum substantialiter. ¶ Aliter tamen ex specie ⁊ organo fit vnum: ꝙ ex sensu ⁊ organo. Nam ex sensu ⁊ organo: fit vnum simpliciter: non autem ex specie ⁊ organo: sed ipsum organum est in potentia ad recipiendu⁹ speciem: sicut subiectum ad recipiendum suum accidens. Ex subiecto tamen ⁊ accidente quod est forma realiter inherens non fit vnum: sed denominatiuum de formali significato speciem importat: ⁊ de materiali ipm organuu⁹: ⁊ sic organum ⁊ species possunt dici vnũ hoc est per vnum terminum denominatiuum significãtur: organum tanq; subiectum ⁊ materiale significatum: species vero tanq; realiter inherens ipi organo ⁊ formali significato. Textus. Manifestum autem. ¶ Hic philosophus infert duo corrolaria. Quoru⁹ primum est: ꝙ manifestum est quare sensus corrumpitur propter excellentias sensibilium: quia organum exigit certam proportionem qualitatum: que proportio ab excellenti sensibili destruitur: ⁊ sic organu⁹ sensus aliquando corrumpitur ¶ Textus. Et propter quid. ¶ Secundum corrolarium est: ꝙ plante non sentiunt: quia ad sensationem requiritur organum dispositum ad hoc ꝙ animal posset exercere sensationes: ⁊ recipere debito modo species sensibilium sine materia: modo non est sic in plantis: igitur. Textus. Dubitabit autem. ¶ Philosophus hic mouet vnam dubitationez que talis est. Utrum non habens sensum potest pati a sensibili: vel omne quod patitur ab eis habet sensum. Et arguit philosophus pro: ꝙ oẽ quod patit ab odore habet olfactum: quia agens ⁊ patiens dicuntur correlatiue adinuicem: ⁊ omne agens in olfactum est odor ⁊ odorabile: ergo omne patiens ab odore est olfactus vel olfactũ habẽs. Tex. Similiter autez. ¶ Hic philosophus secundo arguit ad idem. Sonus non agit nisi in

Dubium

Arguit ad pteꝫ affirmatiuam.

auditum:ergo omne quod patitur a sono est auditus vel habens auditum:similiter est de aliis sensibus:ergo omne quod patitur a sensibili habet sensum. Maior patet:quia si sonus ageret in inanimatuz maxime esset sonus qui diceretur continuum:qui ab aliquibus dicitur frangere arbores: quod tamen nō fit ab illo sono:sed ab exalatione violenter mota: ergo sonus non agit nisi in sensum qui dicitur auditus. ¶ T. Tangibilia autem. ¶ Hic philosophus arguit ad partem oppositam:quia aliqua sensum non habentia patiuntur a sensibilibus:ergo nō habens sensuz potest pati a sensibilibus.antecedēs patet:quia caliditas ⁊ frigiditas sunt sensibilia sensu tactu:⁊ tamen ab illis patiuntur inanimata:cum aliquis lapis calefit ⁊ aliquis frigefit. ¶ T. Igitur nō omne corpus. ¶ Hic philosophus soluit dubitationem dicens: ꝙ non omne quod patitur a sensibili habet sensum:quia medium extraneum patitur a sensibili:puta aer recipiendo speciem coloꝝ:⁊ tamen non habet sensuz. T. Quid ḡ est odor. ¶ Hic philosophus ponit instātiam que talis est:ex quo odorare vel audire est pati ab odore vel sono: quare non omne quod patitur a sono vel odore audit,vel odorat. ¶ Dicit hpi.ꝙ odorare non soluz est pati ab odore:sed cū hoc est odores sentire modo nihil potest odores sētire nisi quod habet animā sensitiuam.

Quotq; sūt sus exteriores Do gor

Quod autem non. ¶ Hec ē secūda pars huius capituli ī qua philosophus determiat de numero sensuum exteriorum dicens:ꝙ sunt quinq; sensus exteriores ⁊ non plures:scz visus:auditus:olfactus:gust? ⁊ tactus:hoc est quinq; sunt termini communes. Et lz sint duo tactus spē distincti: tamen p.hic capit sensuz tactus tanq; vnum:⁊ hoc vel ꝓpter vnitatem organi: vel ꝓpter modum loquendi consuetum:⁊ sic ille terminus tactus essz spēs subalterna. ¶ T. Si vis. ¶ Hic p.ostendit ꝙ nō sunt plures sensus ꝙ quinq;:⁊ hoc sic quia si aliquis nobis deficeret: oporteret ꝙ aliqō organum nobis deficeret:sed nullum organuz deficit nobis erge nec aliquis sensus. Maior patz:quia sensus tactus quem habemus est omnium tangibilium perceptiuus:⁊ sensus visus omnium visibilium ⁊c.sed qōlibet genus sensibile debet habere organum ꝓprium sue dispositionem ꝓpriaz in organo: ergo si deficiat nobis aliquis sensus circa aliquod genus sensibile:deficiet nobis ⁊ organum. Minorem ꝓbat sic p.scz ꝙ nullum organum deficit nobis. Et primo ꝓbat ꝙ nullum medium deficit nobis quia habemus mediuz intraneū:per quod fit sensus tactus:⁊ sensus gustus: puta carnem:⁊ habemus medium extraneum:puta aerē requisitum ex parte sensationū maioꝝ sensuum. ¶ Ex parte organoꝝ ꝓbat sic: quia organa a quibus fit sensatio sunt alicuius elementi a domino:sed illud qō est de natura aque a domino habemus:cuz illud sit organum visus. Et similiter illud quod est de natura aeris a domino:scz organum auditus. Similiter organū gustus ⁊ tactus:quod habet cōditiones terre. Similiter organum olfactus quod est de natura aeris in respirātibus:vbe natura aque in non respirantibus: ergo videtur ꝙ nullum oganum nobis deficit. T. Dēs igit sensus. ¶ Hic p.infert:ꝙ in animalibus perfectis nullus sensus deficit. ¶ Et si dicat aliquis:ꝙ talpa non videtur habere organum visus. ¶ Ad hoc dicit p.ꝙ talpa videtur habere oculos sub pelle. T. Et vero nesc. ¶ Hic p.ostendit ꝙ non sunt plures sensus ꝙ quinq;:ex parte sensibilium cōium tribus rōnibus. Quarū prima est:nullum sensibile habens sensum ꝓpriuz debet sentire per se alio sensu: sed sensibilia pluribus sensibus per se percipiuntur:ergo non debent habere sensum ꝓprium. Sensus autem minoris est iste:ꝙ sensibilia communia significāt res que pluribus sensib? percipiuntur. Et sensus maioris est iste: ꝙ nulla spēs sensibilis significans sensibilia nata percipi a sensib? vnius spēi:significat sensibilia nata percipi a sensibus diuersaꝝ spēꝝ sensus. T. Sic enim esset. ¶ Secūda ratio talis est:si motus sensu ꝓprio perciperet: sequeretur ꝙ motus ab alio sensu perciperet: sicut dulce percipit visu:hoc autem falsum est:igitur non est sensus ꝓpri? motus. Maior sic intelligitur si omnia sensibilia mota que per istum terminum motus significant solū cognoscerētur sensibus vnius spēi istius generis sensus tunc nulla illoꝝ possunt sentiri sensibus alterius spēi illius generis sensus. Quod aūt hoc fit falsum patet: quia colores motos percipimus visu caliditates motas percipimus tactu. T. Cōmunū aūt. ¶ Tertia ratio est ad sentiēdum sensibilia cōia sufficit sensus cōmunis: ergo non oportet ponere sēsum ꝓprium ꝓ sensibilib? cōibus. T. Inquireret aūt aliqs. ¶ Hic p.soluit vlterius dubitationem que talis est: quare plures sensus habemus ⁊ non vnum solum. ¶ Respondet phūs ꝙ hoc est vt ꝓpiamus differentias inter sensibilia ꝓpria ⁊ sensibilia communia.

¶ Queritur vtrum sensus sit virtus passiua.

¶ Et arguitur ꝙ non: quia nulla forma substantialis est ⁊tus passiua:sed sensus est forma substantialis:ergo sensus non est ⁊tus passiua. Maior patz per phm scō phisicoꝝ dicentem:ꝙ causa finalis coincidit cum alijs causis dempta cā materiali. ¶ Secūdo sic:visus fit extramittendo ergo visus nō est ⁊tus passiua. Antecedens ptz:qz aliqō aial videdo interficit aliud animal:quod non esset nisi qz visus essz ⁊tus actiua. Antecedens ptz de basilisco ⁊ muliere mēstruosa. ¶ Tertio sic: si sic seqretur ꝙ sensus visus aliqñ deberet eē rubeus:aliqñ albus:ꝓns est falsuz:ergo ⁊ añs.ꝓña pz qz sensus debet esse talis in potentia qualis est visibile in actu:sed visibile est actu album vel rubeum siue alio colore coloratum:ergo visus debet esse in potentia talis. Et cōfirmatur:quia agens pure naturale agit vt assimilet sibi passum:sed visibile est agens mere naturale:igit aget in visum vt sibi assimilet: ⁊ p ꝓns visus debet esse aliqñ albus: ⁊ aliqñ rubeus vel alio colore coloratus. ¶ Quarto sic:si sic sequeret ꝙ potentia sensitiua esset ignobilior ꝙ potentia vegetatiua: ꝓns est falsum:igitur ⁊ antecedens:consequentia patet:quia potentia sensitiua esset ⁊tus passiua:⁊ potentia vegetatiua esset ⁊tus actiua: cum ipa nutrit ⁊ augmentat ipm animatum:modo omne agens est prestātius passo:igitur: ¶ Quinto sic:dicit philosophus secundo huius ꝙ anima est causa corporis in triplici genere cause:scz efficientis:finalis:⁊ formalis:ergo anima est ⁊tus actiua:⁊ per consequens non est virtus passiua. ¶ Sexto sic:sentire est agere:ergo sensus est virtus actiua ⁊ non passiua:Consequentia patet:naz si sensus esset virtus passiua:tunc sentire esset pati ⁊ non agere hoc autem videtur esse falsum:ergo ⁊ illud ex quo sequitur. ¶ Septimo sic: sentire ⁊ intelligere dicuntur actiones imanentes ⁊ actiones non dicunt imanentes qz manēt in passo: cū tunc quelibet actio diceretur actio imanens:ḡ videt ꝙ dicuntur actōes imanētes quia manent in agente: ergo sensus ⁊ intellectus vi-

Ff ad ptē oppositam

Solutio.

Instātia

Solutio.

Videt talpa sub pelle oculos habere

euntur virtutes actiue respectu sensationis ⁊ intellectionis. ¶ Octauo sic: dicit tertio huius q̄ sensus appetitus ⁊ intellectus sunt potentia motiua ipsius animalis ī locum: ergo sensus ē virtus actiua. ¶ Nono sic: si sensus esset virtus passiua in sentiendo: tunc sensibile esset causa actiua sensationis: sed hoc est falsum igitur ⁊ antecedens: falsitas consequētis ptz quia tūc sensibile esset nobilius sensu: ex quo agens est nobilio⁹ ⁊ prestantius passo⁹.

In oppositum est phūs tertio tractatu ī p̄mo huius secūdi probans q̄ sensus sit virtus passiua. ¶ In ista questione supponunt illa que dicta sunt p̄us de potentijs anime.

Sciendum est primo: q̄ in titulo questionis potest esse sermo de sensu in ordine ad sensibile: ⁊ hoc dupliciter. Vel est sermo de sensu: qui est instrumentū siue sensus instrumentalis vel de sensu principali qui est ipsa anima. Si enim fit sermo de sensu instrumētali qui est ipsum organum: tunc ille dicitur virtus passiua in ordine ad sensibile de per se: ita q̄ ab ipō sensibili recipit speciem ad quam producendam solum ꝯcurrit passiue ⁊ non actiue: licet illud qō est potentia sensitiua instrumentalis est bene virtus actiua de peraccidens in ordine ad sensibile: quia aliqua talis potētia aliquando aliquam qualitatem producit in ipsum sensibile: que tamen qualitas nihil facit ad sensationem ⁊ quam etiam produceret si non esset organum sensus sicut patet de oculis mulieris menstruose ⁊ basiliſco: q̄ per organum visus non causant aliquam qualitatem in ipō visibili: que aliquid faciat vt ipsa mulier vel basiliscus causat sensationem: sed quo ad illas qualitates requisitas ad hoc q̄ aliquod sensibile causat sensationes: non producuntur actiue ab organo ipsius sensibilis alique qualitates: sed ipsum pure passiue se habet ad talem qualitatem recipiendam: ⁊ ipsum sensibile est causa actiua. ¶ Alio mō potest intelligi de sensu principali qui ē ipa anima: ⁊ sic sensus in ordine ad sensibile ea ratione qua dicitur sensus: non producit aliquid in ipō sensibili: cum nec producit speciem ex q̄ illa species sine sensu causari potest in medio ⁊ organo: nec etiam producit in ipsum sensibile sensationem cum anima sensitiua non agat illas operationes in extrinsecum: sed in seipsam: ex quo sunt actiones immanentes. Similiter ipsum sensibile non agit in ipsum sensum ipsam sensationem vel speciem sensibilem: cū species sensibilis solum fit in organo ⁊ medio: ⁊ ipsa sensatio non est actio transiens sed immanens: ergo sensus principalis qui est ipsa anima: non habet se vt virtus passiua respectu sensibilis: sic q̄ sensibile tanq̄ cā ꝓncipalis immediate aliquid causat ī ipsum sensum: licet causat tanq̄ causa instrumentalis ⁊ sine qua non ⁊ mediate: quia sensibile est causa speciei ⁊ conseruat speciem: sine qua specie non potest fieri sensatio. Nec etiam est virtus actiua respectu sensibilis ea ratōne q̄ dicitur sensus. ¶ Alio modo potest comparari sensus ad actum sentiendi: ⁊ tunc sensus qui est potentia instrumentalis in ordine ad illum actum dicitur potētia actiua instrumentalis: ⁊ sine qua non ⁊ ipse sensus ꝓncipalis qui est ipa anima respectu actus sentiendi est virtus passiua passione perfectiua: pro quāto ipa actū sentiendi in se recipit: sicut subiectum recipit formam accidentalem sibi realiter inherentem: ⁊ cuz hoc in ordine ad eundem actum sentiendi est virtus actiua p̄ncipalis: cum ipsa est principalis causa actus sentiendi ita q̄ ipa anima mediante specie in organo causat in seipsam actum sentiendi.

Sciendum secundo q̄ sentire nō est idez cōuertibiliter cum hoc complexo speciez sensibilis in se recipere: cum tuncaer sentiret ex quo speciem obiecti sensibilis in se recipit. Nec sentire est idem quod spēm rei sensibilis producere: quia sic obiectuz sensibile sentiret: cum ipsum speciem sensibilis producit. Nec sentire est idem quod principaliter sensationem producere: saltem edequate: quia tūc deus sentiret ex quo ꝓncipaliter sensatōnem producit. Nec sentire est idez qō recipere actualiter in se sensationem: quia post q̄ sensatio producta est adhuc animal per ipsam sentit: ⁊ tamen pro tunc non recipitur actualiter sensationz. Nec sentire est ꝙuertibiliter idem cum hoc quod habere in se sensationem: siue illam entitatem que dicitur sensatio: quia illa entitas existēs realiter in animali: potest per dei potentiam poni in lapide: sic q̄ inhereat lapidi: ⁊ tunc de lapide esset verum dicere: q̄ in se haberet subiective sensationem: siue entitatem eiusdem rationis essentialis cum illa re que dicitur sensatio: ⁊ tamen non sentit. Sed sentire est in se habere sensationem subiective: actualiter vitaliter ipsum subiectū immutantem. Et sentiri est idem quod sensatione cognosci. Et ipa sensatio est cognitio quam sensus producit in seipm mediante specie illius sensibilis in organo existente. Istis notatis sit.

Nota bñ dd sic Sētire. Sētiri: ⁊ Sētatio.

Conclusio responsiua sensus est virtus passiua. Patet: quia omne recipiens in se aliquid est potētia passiua: sed sensus est huiusmodi: igit. Minor ptz quia sensus qui dicitur organum recipit in se speciem: ⁊ sensus qui est anima sensitiua recipit in se sensationem. ¶ Quereret tamen aliquis: vtruz ne oporteat ponere sensum actū: sicut ponitur sensus passiu⁹ ¶ Ad hoc dicitur: q̄ in ordine ad sensationem oportet ponere sensum agentem qui tamen non distinguitur realiter a sensu passiuo sed est vnus ⁊ idem realiter qui dicitur sensus actiuus ⁊ sensus passiuus respectu sensationis. Sed dicitur actiuus pro q̄to potest producere sensationem. Et passiuus pro q̄to est receptiuus sensationis.

Dubitatur vtruz sensus decipiatur circa suum proprium obiectuz sensibile. Et videtur q̄ sic: quia intellectus qui est virtus nobilior ⁊ certior q̄ sēsus p̄t decipi circa suum proprium obiectū: ergo ⁊ sensus. antecedens patet: quia aliquando intellectus propositō nibus falsis assentit. ¶ Secūdo sic: visus decipitur circa suum proprium obiectum: ergo ⁊ sensus. antecedēs patet: q̄ species rei visibilis per potetiam dei possunt conseruari ⁊ repzesentare visui rem visibilem ipa revisibili corrupta vel annihilata: ⁊ tunc visus iudicās illud visibile eē decipitur. ¶ Tertio sic visus iudicat solem esse bipedalis quantitatis (vt docet experientia) ⁊ tamen tūc decipitur: cum sol est maior tota terra (vt dicunt astrologi) ergo visus decipitur. ¶ Quarto sic: visus iudicat aliquando solem esse rubeum: et tamen non est rubeus sed lucid⁹. Similiter de mane iudicat solem esse maiorem q̄ in meridie: ergo visus decipit. ¶ Quinto sic: visus iudicat' iridem esse diuersorum colorum: ⁊ tamen non est ita: ergo visus decipitur. ¶ Sexto sic: auditus circa suum audibile decipitur: ergo et sensus. antecedens patet: quia auditus vnius iudicat sonum esse delectabilem quem auditus alterius iudicat esse tristabilē: q̄ vnius audit⁹ decipit: cum vnus

Ar de visu.

Ar de audit⁹.

t idem sonus non est delectabilis t tristabilis: igitur. ¶ Septimo sic: existens ppe sonum iudicat sonuz esse maiorem t intensiorem q̄ existēs remote ab ipo sono ergo alter eorum decipitur. ¶ Octauo sic: aliquando iudicamus de sono ipo sono, non existēte: ergo tūc auditus accipitur. Eīs ptz: quia existens ab vna pte aq̄ satis magne: iudicat de sono causato ab alia pte post q̄ est corrupt⁹: igitur. ¶ Nono sic: infirmis apparet q̄ audiunt tonitrua: quando tamen nulla sunt tonitrua: ergo auditus illorum decipitur. ¶ Decimo sic: aliquando iudicamus sonum in aliquo loco in quo non est: vt ptz de sono echo: ergo sensus audit⁹ decipit. ¶ Undecimo sic: gustus aliquādo decipitur: ergo t sensus. antecedens ptz: q: illa que sunt stiptica aliquibus apparent dulcia aliis: ergo gustus iudicando illa decipitur ¶ Duodecimo sic: infirmus cibaria dulcia iudicat esse amara: ergo sensus gustus circa suum ppriuz obiectū decipitur. ¶ Xiij. sic: asini iudicāt tribulos t cardones esse boni saporis: t tamen oppositio modo iudicat homo: ergo gustus homis vel asini decipitur. ¶ Decimo quarto sic: homo intrans balneum calidum in principio iudicat ibi esse intensam caliditatem: t tamen post q̄ per tēpus⁹ fuerit in balneo iudicat caliditatem ibi esse remissiorem: licet balneum ante t post maneat eq̄ caliduz: ergo tactus decipitur. ¶ Decimo quinto sic: tactus aliquando iudicat aliquam rem aliquando esse duas res: vt ptz de faba tangendo digitis cancellatis: ergo tactus decipitur in iudicādo. ¶ Decimo sexto sic: olfactus sepe decipitur circa suum ppriuz obiectum: igitur: t antecedens ptz: q: homo iudicat aliquando duos odores esse bonos t ꝓuenientes: quos tū vnus alter non iudicat esse bonos t ꝓuenientes: ergo vnus eorum olfactu decipitur. ¶ Decimo septimo sic: canes iudicant cadauera fetida esse boni odoris: t homo iudicat talia esse mali odoris: ergo canis vel homo decipitur. ¶ Decimo octauo sic: mundatores locorū turpiū iudicant materiam quam deponunt non esse fetidam: t tamen alij oppositum iudicāt: ergo aliqui eorum decipiuntur. ¶ In oppositum videtur esse phūs in scō capitulo tertij tractatus: vbi videtur phūs velle dicere: q̄ sensus non decipitur circa suum ppriuz obiectū Pro solutione dubij est.

If de gustu

If de tactu

If de olfactu

Quid iudiciū sensus vagū: quid⁹ vagū et discretum

Sciendum ꝑmo q̄ triplex est iudicium sensus de suo sensibili. ¶ Quoddam em̄ est iudicium sensus de suo sensibili generale: sicut iudicium generale ipi⁹ visus dicitur illud quo iudicat aliquod esse coloratum. Et non dicitur istud iudiciuz generale siue vniuersale: q: est plurium sensibiliuz repzesentatiuū: sed q: vnius solū tamen non discrete t terminate. Et istō iudiciū solet alio nomine vocari cognitio sensitiua singularis vaga: nam per illam sensus bene cognoscit suum sensibile singulariter: t tamen per illam non sufficit discernere: vtrum sit talis vel talis spēi: sicut per visum aliquando cognoscimus aliquod esse coloratum: t tamen nescimus discernere si sit album vel nigrum: vel alicuius alterius spēi determinate. ¶ Aliud est iudicium sensus speciale t magis discretiuum: vt est iudicium quo visus iudicat aliquid esse album vel nigrū siue aliquid habere albedinem siue nigredinez: t illō iudiciū dicitur esse cognitio sensitiua min⁹ vaga. ¶ Aliud est iudiciuz magis speciale: quo sensus iudicat discrete hoc esse album: ita intense vel ita remisse.

Cōditōes req̄ site ad verum iudiciuz sēsus de ꝓpo sensibilis

Sciēdum est scō: q̄ ad hoc q̄ sensus bene iudicat de suo ꝓpzio sensibili sic q̄ nō decipiatur circa suum ꝓpzium obiectum: alique conditiones requirūtur. ¶ Prima est: q̄ non sit nimia excellentia sensibilis vltra organum sensus: ita q̄ excellens sensibile nō corrumpit organum sensus. ¶ Secūda conditio est q̄ organum sit debite dispositum: vnde ꝓpter indispositionem organi: sensus aliter iudicat de obiecto q̄ se habz obiectum: t ꝓpter hoc infirmi male iudicāt de sapido ¶ Tertia conditio est: q̄ medium per quod debet fieri multiplicatio spērum a sensibili sit bene dispositū: ita q̄ non sit aliquod impediens ipas spēs multiplicatas in medio: quin possint repzesentare res sensibiles, debite. ¶ Quarta conditio est: q̄ sit debita distātia inter obiectum t sensum: ita q̄ obiectum non nimis distet a sensu: nec nimis approximetur ipsi sensui. Unde si sit nimia distantia sensus: sepe male iudicat. Similiter si sit nimia ꝓpinquitas sensus: non bene iudicat: cū sensibile positum supza sensuz non sentitur. ¶ Quinta est q̄ obiectum t sensus se habeāt conformiter. Unde si obiectum vna vice moueretur: t alia vice quiesceret: t similiter sensus: tunc sensus potest aliter t aliter iudicare. ¶ Istis suppositis dicitur ad dubiuz: q̄ sensus q̄ tum ad iudiciuz generale nunq̄ vel raro decipitur circa suum ꝓpzium obiectuz. Et hoc videtur velle phūs cum dicit q̄ visus non errat circa colores quin color ē: nec auditus circa sonum quin sonus est: t sic de aliis sensibus. ¶ Similiter sensus qui ad iudicium speciale circa ꝓpzium eius obiectum non decipitur in multo in pauco autem decipitur: cum non potest ita bene percipere t punctualiter iudicare sicut res se habet: puta non potest ita distincte iudicare q̄ intensa ē albedo vl remissa. Et hoc videtur velle commentator secūdo huius dicens q̄ sensus non decipitur circa suum ꝓpzium obiectum in maiori parte nec in multo. ¶ Ex isto patet differentia inter sensibilia per se: t sensibilia per accidens. Circa sensibilia per se enim sensus non decipit: in maiori parte siue in multo: circa tamen sensibilia p accidens decipitur. ¶ Et ad rationes dubij ¶ Ad ꝑmā dicitur: negando consequētiam: t hoc obseruatis ꝓdictis conditionibus: quia non est simile eo q̄ intellectus iudicat de intelligibilibus in eorū absentia: t diu post eorum absentiam: t sensus exterior iudicat de sensibili quo ad eius ꝓsentiam: vel saltē non iudicat de sensibili diu post eius absentiam. ¶ Ad secundam dicitur: q̄ licet sensus visus obseruatis illis quinq̄ conditionibus posset decipi supernaturaliter: non tamen naturaliter. ¶ Ad tertiam dicitur: q̄ ibi deficit vna cōditio ꝓzius nominata: puta quarta. ¶ Ad quartam dicitur: q̄ ibi deficit tertia cōditio. Unde ex eo sol de mane iudicatur rubeus: quia de mane sunt multi vapores grossi t nigri sursum eleuati in aere existentes inter nos t solem: t quia lucidum visum per nigrum iudicatur rubeum: ergo sol de mane iudicatur rubeus. ¶ Si quereret aliquis causam illius quare lucidum visum per nigrum apparet rubeum ¶ Respondetur q̄ causa est ista: quia species lucidi t species nigri per eandem lineam peruenunt ad oculum: t mutuo se impediunt ita q̄ visus non potest iudicare siue percipere luciduz siue nigrum: sed iudicat de medio colore. ¶ Ad quintam dicitur: concedendo: q̄ sensus ibi decipitur ꝓpter indispositionem medij. Unde videndo iridem secundum rei veritatem videmus solem siue lumen solis q̄ lumen reflexum a nube aquosa. ¶ Ad sextam dicit negando antecedens obseruatis conditōnibus. Et ad ꝓbationem eius dicitur: q̄ si vnus iudicet sonuz simpliciter esse delectabilem: t alius nō iudicet eum esse simpliciter delectabilem: tūc vnus eorum deciperetur: sed

¶ Pria ē. oro aduersarij significat aliq̄d intelligibile sibi ⁊ alijs. Si em negat hoc: nō erit cū eo disputāduz ⁊ tūc ex hoc sic ar. Aduersarꝰ cōcedit vocē suaz aliq̄d significare: ⁊ nō cōcederet ipam nō significare: igit ip se ꝓcedit primū principiū ¶ Scda suppō est. oē nomen significat aliquid vnū. i. aliquā vnā dictā intētionem apud intellectū: q̄ intētio pōt explicari p diffinitiōez dicentem q̄d nois: qz si nomē plura significaret (saltē finita) posset cuilz istox pluriū suū nomen iponi. ¶ Tertia suppō est. nomē significās aliquā intentiōem apud aīam nō significat oppositā. qz dictū ē q nomē tm vnā intentiōez significat. ¶ Quarta suppō ē q hec noia hō ⁊ non hō: nō significāt idē apud intellectū. pz: qz seqr tur q rōnes opposite essent eedē q̄d ē impossibile: ⁊ q illa noia eēnt sinonyma q̄re pari rōne oīa noia essent sinonyma. Qz aūt ipossibile sit plures rōnes esse casdez pz: qz plus opponūtur hō ⁊ nō homo: q̄ albū ⁊ musicū sed albū ⁊ musicū habēt diuersas rōnes: igit hō ⁊ non homo. ¶ Et si arguaꝫ ꝓtra primū principiū: qz alia ē rō hois: ⁊ albi: qz hoi pm rōem hois ꝓuenit esse aīal ⁊ bipes: ⁊ nō pm rōem albi: igit iste sunt ve hō est aīal bipes: ⁊ nō est aīal bipes. ¶ Rñdetur negādo ꝓñam: qz cū sic q̄ritur: vtz hō sit aīal bipes: non q̄ritur vtz hō scz q̄libet rōem q̄ sibi ꝓuenit sit aīal bipes. iō si sibi ꝓueniat pm aliq̄ ꝓcedēda ē affirmatiua. ¶ Tunc sit pria rō. necesse ē hoiem esse aīal bipes: qz hec ē eius diffinitio ⁊ non ē possibile ipz nō esse aīal bipes: igit ipossibile ē idē simul ee ⁊ nō esse. ¶ Scda rō. qz si ꝓtradictoria essent simul va: seqretur q nulla essent pdicata ꝓtradictoria. ꝓña ē falsa: igit ꝓña pz sic: qz in pdicatiōe q̄ddi tatiua pdicatuz ⁊ subiectū dicūtur idē significare: sic q predicatū nō cōnotat aliq̄d extraneū subiecto: igit in tali pdicatōe pdicatuz nō pōt negari de subiecto: qz absurduz ē dicere idē negari de seipo. Falsitas ꝓñtis pz: si oīa pdicata eēnt accidētalia nullū essz pdicatū vle. i. in primomō dicēdi pse: ⁊ tūc perirēt diffinitiōes. Tum scdo: qz in pdicatōibus essz ꝓcessus in infinitū. ¶ Tertia rō ē. si ꝓtradictoria essent simul va seqret q essent vnū ⁊ idē. ⁊ q nulla ꝓtradictoria possent eē va. ¶ Primū incōueniēs pbat: qz si homo ē aīal: ⁊ nō ē aīal: nec est hō nec aīal: ⁊ p ꝓña hō nec est mur⁹ nec lapis: ⁊ sic hō non ē mur⁹ nec lapis: homo ē murus ⁊ lapis: qz cō tradictoria sunt simul va. ¶ Scdum incōueniēs pbat qz si est hō ⁊ nō homo: seqretur q nec est hō nec est nō homo: pz ꝓña. qz iste due cōtradicūt duab⁹ priorib⁹.

Ratio. j.

Ratio. ij.

Ratio. iij.

¶ Quarta rō ē. vel oīa ꝓtradictoria sunt simul va: vel aliqua ⁊ aliqua nō. Si pm: seqtur q primū principiū ē vez in aliqbus ⁊ cū nō sit maior rō de aliqbus q̄ de aliis: seqtur q erit ꝓcedēduz in oībus. Si primū: aut hoc ꝓiūctim aut diuisim. Si primū seqtur q ipse dicēs hoc nō dicit hoc. Seqtur scdo q oē q̄d est nihil ē. Tertio sequit q null⁹ loqtur vel vadit. Quarto seqtur: q omia sunt vnū ⁊ idē. Sz diuisiz sequunt ea q̄ dicta sūt. Scdo seqtur q oīs dicit vez. Tertio sequit. q aliqs mentit. Quarto sequit. q hō dicēs hoc ꝓcedit se mētiri: g⁹ seq tur q non ē cū aliquo disputāduz: qz nihil diceret distinctim. ¶ Quinta rō ē. ꝓcedēs ꝓtradictoria hz ꝓcedere q̄d libet eē aliq̄d ⁊ nihil: qz ab eo q res ē vel non ē oro dr vera vel falsa. Et silr oēs dicerēt vez ⁊ mentirenr ⁊ sic nō differrēt a plātis. Sz hec oīa sunt incōueniētia: igit.

Ratio. iiij.

Ratio. v.

¶ Sexta rō ē. in agibilib⁹ ē veritas deteriata: ergo ⁊ i speculabilib⁹. añs pz: qz nemo opinat eq̄ bonū esse cadere in puteū: sicut ⁊ nō cadere. ¶ Septima rō ē. duos hoies eē mille hoies nō est. eq̄ vez sicut duos hoies eē duos hoies: nec illud ē eque remotius a vero: ergo est falsum: qz oē q̄d ē remotū a vero ē falsum.

Ratio. vj.

Ratio. vij.

Sciēduz ē scdo. q ex ꝓditiōib⁹ pmi pricipij in pcedēti q̄stiōe positis sequūr aliq̄ correlaria. ¶ Primuz ē. q nulla ppō cathegorica de inesse de pūt: est p mū pricipiū: pz qz vel subiectū ei⁹ suppōit p deo: ⁊ sic nō ē cōissima: vel suppōit p aliq° alio: ⁊ sic aliqn ē falsa. Item nulla talis ē notissima: cū null⁹ talis oppīn includat euidētez ꝓtradictōez. Itē etiā cuilz tali possz intellect⁹ dissentire. ¶ Seqtur scdo: q pmū pricipiū nō ē ꝓditiōale vel hypoteticū: pz qz in pmū pricipiū oēs demōstratōes sunt reducēde: sz nō oēs reducūtur in vnū ꝓditiōale vel hy poteticū: igr. ¶ Tertio seqtur: q pmū pricipiū non ē de copulato vel disiūcto extremo: pz p rōnes de mere cathegoricis hec em ē falsa: oīs chimera ē ens vel non ens. Et silr ista de copulato extremo: chimera ē ens ⁊ nō ens. Tunc sit.

Cōclusio pria: nulla ppō scit eē pricipiū mi si sciat eē necessaria: pz qz vel talis ppō scit necessaria Impossibilis Vel ꝓtingēs. Vel nulla. Si pmū hr intētum. Nō alia duo: vt notum ē de se. Si quartū tūc non assentiet firmissime: sic q nō existimet possibile aliter se hre. ¶ Itē pria posterior q̄cquid scit estimat possibile aliter se hre. g⁹ etiā quicq̄d intelligit ipossibile ē aliter se hre. ꝓña tz: qz maior firmitas dz esse in pncipio: cui⁹ ē intellect⁹ q̄ in pclone cui⁹ ē scia. Ex quo seqtur: q ppō modalis de necessario vel ipossibili magis explicite ꝓtinet ꝓditiōes pmi pricipii q̄ ppō cathegorica de inesse: ⁊ p ꝓña magis hz rōem pmi principij.

Cōclusio scda. pmū pricipiuz ē istud: ipossibile ē idē esse ⁊ nō esse: ⁊ ē firmissimū: qz quilz apphendēs significatōem terminox firmissime sibi assentit: tā q̄ necessario clare apphēso. ¶ Est tū aduertēdū: q nilti pbabiliter substinēt: q intellect⁹ nō solū pōt nō assentire prio pncipio clare apphenso. imo plus dissentire: ⁊ ei⁹ opposito assentire: ⁊ hoc mediāte iperio volūtatis mote aliquo puo motiuo. Immo aiūt: q pōt voluntas ipedire intellectū ne assentiat ppōni pbabili dyaletice ostēse cū formidie. sz cū certitudie tāta sicut assentiret pclōni demōstrate. Nec valet ꝓña (vt aiūt) ꝓbigit dissentire prio pncipio ⁊c. ergo non ē pse notū: sz bñ valeret apud illū qui sic dissentiret. Nec valet dicere: q ipm ē ex suis termis euidēs vel natū fieri euidēs simpliciter: ergo nō ē dubitabile nec dubitatū: aut obiectū dissensus: qz talis dissensus nō ꝓuenit ab eo: qz de se ē

satis clax intelligẽti significationes terminox: sed ex imperio volũtatis q̃ etiam facit errare intellectũ circa prima p̃ncipia practica: vt dicit Aristo. vj. ethicox. Sz restaret dubiũ bonuz suppositia tanta volũtatis efficacia: q̃ ipa posset etiam ducere intellectũ cum quo motiuo vt nõ assentiat ꝓclusioni demõstrate ab eo clare apprehense: ita q̃ qualiscũq̃ fuerit appẽtia in intellectu de ꝓclusione: ipe tñ non necessario assentiet. imo forte dissentiet: quod quidã doctor fatetur: ꝛ sic seq̃tur q̃ scientia erit assensus liber ꝛ non naturalis: quod negatur cõmuniter.

Textus.

Dubitatur. vtz oĩa que apparẽt sint vera.

¶ Pro dubio ẽ aduertẽduz q̃ p̃ter Ar. spãliter disputat ꝓtra aliquas opiones: ad quas seq̃batur negatio p̃mi p̃cipij. Erat aũt opio pithagore q̃ oĩa q̃ apparent sunt vera. Cuz ergo vnũ appet vni: ꝛ oppositũ alteri: seq̃tur ꝓtradictoria esse xa. Sunt alij qui negãt primũ p̃ncipiũ ꝓpter rõem quã nesciebant dissoluere. Alij sunt qui negãt ipm gra disputatõis ꝛ sermonis sui sustinẽdi. ĩõ non ẽ idẽ modus disputãdi cõtra oẽs. Sedi eñ curãtur si rõ facies eos errare soluatur. Tertij aũt non curãtur nisi vi redargutiõis. Consequenter declarat motiua quarũdaz opinionũ. Et ꝓio motiuũ anaxagore dicẽtis ꝓtraria inesse eid ẽ. ad qđ seq̃tur cõtradictio.

Motiuum Anaxagore. Confu. eiusdẽ

¶ Fuit autem motiuũ eius istud: contraria sunt in eodez: puta aqua ꝛ ignis in aere: igit ẽ ꝛ ꝓtradictoria sunt simul in eodẽ. ¶ Dicit Ar. q̃ hic sunt duo defect⁹. Primus: q̃ nõ distinguit inter ens in actu ꝛ in potẽtia: si eñ ꝓtradictoria fiant ex eodẽ. nõn ꝓpter hoc seq̃tur q̃ sint in eodẽ actu: z solum in potẽtia. Scds defectus ẽ. q̃ isti loquũtur ac si oẽs res essent transmutabiles: qđ tamen ẽ falsuz. ¶ Cõsequenter declarat motiuũ pithagore dicẽtis oĩa q̃ appent esse xa: q̃ qđ apparet sanis sapidũ apparet infirmis insipidũ: igitur. ¶ Et si dicat q̃ credẽdum est sanis. Tuz prio: q̃ sunt plures. Tuz secũdo: q̃ in eis organum ẽ melꝰ dispositũ ¶ Contra p̃mũ arguitur sic. si veritas sit pluralitate iudicanda et sint nunc plures sani q̃ egri: tũc de re nõ mutata illud qđ ẽ hodie vez erit cras falsum: ergo veritas non ꝓsistit in apparentia. Item seq̃retur: q̃ sol essz multo minor terra: q̃ hoc apparet pluribꝰ. ¶ Contra sm arguitur sic: contraria apparẽt sepe habẽtibus sensum bñ dispositum: vt cardones appent asino boni saporis: alijs vero non. ¶ Item vnꝰ ꝛ idẽ homo iudicat aliq̃d esse bonũ ꝛ malũ in alio ꝛ alio tpe: vt ignẽ esse bonum in hyeme: ꝛ malũ in estate. ¶ Causa aũt predicti motiui ẽ. q̃ credebant omne qđ apparet intellectui esse vez. Credebant autem intellectũ ꝛ sensum esse eiusdẽ nature: ĩõ p̃ter credebãt q̃ omne qđ appet sensui sit vez: ꝛ in hoc multi errauerũt credẽtes intellectum esse virtutem organicam ꝛ per p̃ns mutabilem sm mutatõem dispositionũ corruptibiliũ siue in nobis siue in celo. ¶ Contra dicit Aristo. q̃ si in rebus nõ sit veritas determinata fatuũ erat eis mãrere veritatẽ q̃: philosophari essz sicut pse qui aues volãtes cũ sit mãrere veritatez: q̃ non põt inueniri. Credebãt pterea oĩa esse sensibilia: ꝛ non omĩa esse indeterminata ꝓpter materiaz: q̃ ẽ in potentia ad vtrũq̃ oppositoruz. Credebãt vlterius: oĩa esse in cõtinuo motu: ex qua pullulauit opinio. Democriti et seq̃cium eius de que ꝛ nũero fuit. Cratillus qui dicebat q̃ nullus oz loqui ne mẽtiatur: ꝛ solum mouebat digituz volens signo ꝛ non verbo expmere ꝓceptum. Et cũ heraclitus dixisset q̃ non ꝓtingit bis aliquẽ intrare fluuium rep̃hendit euz Cratillus: q̃ nõ debebat dicere bis sed neq̃ semel.

Motiuũ pythagore.

Cõfutatio dicti motiui.

Dubitatur scdo. vtz oĩa cõtradictoria sint

simul vera. ¶ Pro dubio ẽ aduertendũ: q̃ p̃ter. Ar. disputat ꝓtra negãtes primũ p̃ncipiũ ꝓpter rez mobilitatem: ꝛ hoc sex rõibus. ¶ Pria si oĩa semp mouẽtur hec negatiua essz vera: ꝛ necessaria nihil manet cõtinue: in eadẽ dispõne ꝛ cõtradictoria eius falsa: ergo non oĩa ꝓtradictoria sunt simul vera. ¶ Scda ratio ẽ. cum sm eos ꝓmue fiant generatões ꝛ corruptões ista est vera ꝛ necessaria aliq̃d ẽ. ꝛ hec ẽ falsa nihil ẽ. igit ẽ aliqua ꝓtradictoria nõ sunt simul vera. ¶ Tertia rõ ẽ. licet oĩa semp moueãtur sm locũ: vel sm qualitatẽ vel sm substãtiaz: non tñ deberet vniuersaliter negari veritas determinata. ¶ Quarta ratio ẽ. cũ inferiora sunt parua ps in compatiõe ad totũ vniuersum: ergo ꝓpter hoc q̃ ipa sunt generabilia ꝛ corruptibilia: non debẽt vniuersaliter oĩa eẽ generabilia ꝛ corruptibilia: ꝛ nullam esse veritatem vniuersalẽ de reb⁹. ¶ Quinta rõ ẽ. in septimo phisicox demõstratum ẽ non oĩa semp moueri: igitur. ¶ Sexta ratio ẽ. dicentes oĩa esse vera habent dicere oĩa esse in oĩbus: ꝛ oĩa esse vnum. ergo magis habent dicere oĩa esse immobilia q̃ mobilia. ¶ Cõsequẽter disputat contra dicẽtes omnia apparentia esse vera octo rõnibus. ¶ Prima rõ fantasia apprehendit rez in absentia sensibilis vt pz in somnijs: ergo potest esse falsa. ¶ Secũda ratio: non eque bene iudicamus de remoto sicut de ꝓpinquo: neq̃ egri: ita bene iudicant sicut sani. Similiter non ita bene iudicat dormiens: sicut vigilans: neq̃ debemus credere apparentijs factis ĩ somnijs: igitur. Tertia ratio ẽ. de futuris petũtur consilia a sapiẽtibus ꝛ non ab insipientibus: ergo non oĩa que apparent sunt vera. ¶ Quarta ratio est. nullus eque bene credit sensui de sensibilibꝰ alterius sensus: sicut de ꝓpijs: igitur. Quinta ratio ẽ. nunq̃ per quẽcunq̃ sensuz simul iudicam⁹ aliquid esse dulce ꝛ nõ dulce: ꝛ si hoc iudicemus in diuersis tpibus: hoc ẽ vel ꝓpter mutationem subiecti de dulci in amarum: vel ꝓpter mutationem dispositionum: ergo cõtradictoria nunq̃ sunt simul vera. ¶ Sexta ratio ẽ. Si illa opinio sit vera nullũ erit predicatuz necessarium: q̃ omne p̃dicatum sm eos contingit aliter se habere. Septima rõ ẽ. si sola apparentia essent vera sequeretur q̃ animatis non existẽtibus nõ esset veritas. patz consequẽtia quia nihil appareret. ¶ Octaua ratio ẽ. sequitur q̃ nihil posset sciri neq̃ demõstrari. sed hoc ẽ falsum vt patet primo posteriorum. Cõsequenter disputat cõtra eos: qui gratia disputatiõis dicunt contradictoria simul esse vera: ꝛ hoc quatuor rationibus: ¶ Prima ẽ. quia tales incidunt in illud inconueniens ad quod nituntur ducere aduersarium: scz ad redargutionem. ¶ Secunda ratio ẽ. si non omnia sunt ad aliq̃d: non omnia que apparent sunt vera: sed non omnia sunt ad aliquid: igitur. Tertia ratio est si nihil est verum nisi sm apparentiam ad sensum: et ꝓpter hoc negatur primum principium: tunc omnia dicuntur relatiue ad sensum: sic q̃ nihil est nisi quod apparet sensui: sed ista sunt absurda. ¶ Quarta ratio est. si nihil est nisi inquantum est opinatum: nihil est nisi in respectu ad opinans: sed opinans non dicitur in respectu ad opinans: ergo nihil est opinans et per consequens nihil est opinatum: et si nihil est opinatum nihil est: ergo nihil est nihil quod apparet nihil. ¶ Ex predictis infert: q̃ contradictoria non possunt inesse eidem simpliciter: quia tunc contradictoria essent simul vera: sed bene secundum quid: vt scutum ꝓ media parte albuꝝ et ꝓ media parte nigrum.

Tertꝰ in quo obstant nece tes pmũ pria pũ ꝓpter rez mutabilitatẽ.

Cõfutãtur dicentes oĩa apparentia esse vera.

Cõfutatio cõcedentiũ ꝓtradictoria gra disputatiõis.

Dubitatur tertio.

Utrum contradictoria sint simul falsa'. ¶ Pro dubio est ad,

uertendum: q Ar⁹. in hoc vltimo capitulo disputat cõtra ponẽtes ꝓtradictoria esse simul falsa. Circa qõ dicit primo: q ꝓtradictionis mihi nõ medium: immo necesse ẽ vnam partem esse veraz alteraz falsam: quod ꝓbat septem rõnibus. ¶ Prima ẽ falsum ẽ dicere esse quod non ẽ vel non esse quod ẽ. ergo omne qõ enũciatur ẽ vez vel falsum ⁊ neutrũ simul. Secunda rõ ẽ. si neutra contradictoriaꝝ esset vera: seq̃tur q nunq̃ fieret mutatio de vno contradictorio in alterz: sed ꝓns ẽ falsum: quia ex non albo fit albũ ⁊ econtra: igitur ꝓna pz: quia si iste sint false a. est album a. non ẽ albuz: tũc nec a. est album nec a. non ẽ album: ergo non põt fieri mutatio de non albo in albũ. ¶ Tertia ratio ẽ. necesse est ita esse sicut mens affirmãdo vel negãdo dicit: vel non esse ita. Si ẽ ita dicit verum. Si non ẽ ita: dicit falsum. Quarta ratio ẽ. Si in aliqua ꝓtradictiõe esset medium pari rõne ⁊ in qualz: sed ꝓns est impossibile. Tum primo quia hoc dicens confitetur nec dicere verum: nec dicere non verum. Tum secundo: q ipsemet nec esset ens: nec non ens. Tum tertio: q mutatio per quam aliq̃d fieret nec esset ad esse: ⁊ tũc nõ esset generatio: nec ad nõ esse: ⁊ sic nõ esset corruptio: q esset aliqua mutatio que neq̃ esset generatio neq̃ corruptio. ¶ Quinta rõ ẽ. Si sic seq̃tur q aliq̃s esset nũerus q̃ non esset par neq̃ impar. Pz ꝓna: q ternari⁹ nõ esset par: neq̃ non par: ergo neq̃ impar cuz bñ sequatur nõ est non par. ergo nõ est impar. Sexta rõ. Si intercõ tradictoria esset mediuz: cũ illud mediũ ꝓtingat affirmare ⁊ negare seq̃tur q illius adhuc erit mediũ: ⁊ tũc erit ꝓcessus in infinitum. ¶ Septima rõ est. Si interrogetur aliq̃s. an hoc sit albũ. Vel rñdetur q sic. ⁊ tũc ponet affirmatiuam. Vel q non: ⁊ tũc ponet negatiuã igitur. ¶ Consequẽter disputat cõtra illos qui dicebãt oĩa simul esse vera: ⁊ simul falsa: ⁊ hoc quatuor ratiõibus. ¶ Prima ẽ. q isti ponũt ambas oppositiones que improbate sunt. Scda ratio ẽ. isti recedunt a puteone interius cadãt: ergo non concedũt esse eũ bonuz cadere in puteum: ⁊ nõ cadere. ¶ Tertia rõ ad quãlibet questionem si velimus determinate rñdere: opz rñdere q sic est vel non est: vel esset dicere q ita est vel non est. Quarta rõ est. dicens ambo contradictoria esse simul vera hz concedere cõtradictoriuꝝ sui dicti: igitur contra eum nõ est disputãdum. ¶ Consequẽter probat q non oĩa semper quiescũt: q tũc oĩa vera semper essent vera: ⁊ oĩa falsa semp essent falsa: sed hoc est falsum: igitur. Consequẽter ꝓbat: q non oĩa semp mouentur sic q nullomodo aliud moueat ideꝛ: q si sic nihil vnq̃ esset: sed hoc est falsum: q ꝑm eos aliquid cõtinue mutatur: igitur.

Consutanẽ dicentes oĩa simul esse vera ⁊ simul falsa.

Ad rõnes q̃stionis. ¶ Ad primaz dr: q̃ scutum illud nõ est coloratum: sz potius colorata. Aliter dicunt aliqui q quicq̃d denoĩatur a genere denoĩatur a specie vel spẽbus: ⁊ hoc vel simpliciter vel ꝑm quid. ¶ Ad secũdam partem dr: q duplum ⁊ dimidium simpliciter non includũt opponem cõtradictoriam: sed solum respectu eiusdẽ. Ad scdam rõem dr: q illud principium equipollet vni ꝓpositioni affirmatiue: sez huic impossibile est idem non simul esse ⁊ nõ esse. Ad cõfirmationem conceditur q Ar⁹. ꝓbat ipm elentice ex concessis a respondente: sed non demõstratiue. ¶ Ad tertiam negatur antecedẽs: quia ilz antiqui dixerint oppositum voce: non tamen mẽte. Vel ipsi poterãt dissentire: ipsi principio clare apprehenso mẽtaliter: iudicãdo non ita esse: sicut adequate tale principium significaret significatione totali. Potuerunt tñ circa multas ꝓpositiones formatas de ꝓpio principio dubitare: ⁊ illis dissentire enunciãdo multa predicata de ꝓpio principio: propter aliquas rationes sophisticas multum apparenter cõcludẽtes tales ꝓpones: ꝓpter quas: q eas soluere nõ valerent: coguntur dissentire ipis: puta isti ꝓpositioni potuerũt dissentire: primum principiuz non est mihi euidẽs: nec est ꝓpositio modalis affirmatiua: ⁊c. vel isti potuerũt dissentire: talis ꝓpositio qõlibet est vel non est: non est primum principiũ vel non est mihi perse notum ⁊c.

Et hec de quarto metaphisice.

¶ Quinti liber prim⁹ tractatus: de noĩb⁹ pertinẽtibus ad causas ⁊ principia.

Principium. p Rincipium dicitur: aliud quidem vnde aliquis rem moueat vt termin⁹ vie est principiũ motus localis. Aliomodo dicitur principium: a quo facilius incipit motus: q̃is aliq̃i sit posterius scdm esse: vt ĩ doctrinis. Nam non a primo rei principio inchoãdum est aliq̃i: sed vñ oportunius distat. Tertiomodo dr: ex quo aliquid fit tanq̃ ex prima pte: vt nauis sedile: ⁊ dom⁹ fundametum Et aĩalium alij dicũt coz esse principium: alij cerebrũ: alij qõcunq̃ taliuz suscipiunt. Quartomodo dr principium: a quo aliquid fit: ⁊ vñ primo motus nat⁹ est initiari: ⁊ etiaz ꝓmutatio: vt puer ex patre ⁊ matre: ⁊ bellũ ex cõuitio. Quintomodo dr principium: scdm cuius volũtatem aliqua mouẽtur: sicut principatus: ptates: ⁊ imperia: et tyrannides: dicuntur principia ciuitatum. Sextomodo dr principiũ: a quo res fit nota: siue per qõd alia cognoscũtur ꝓio: vt suppositiões in demõstrationib⁹. Septimo dr de illis de quibus dr hoc nomen cã. Omẽs eĩ cause principia ¶ Et sic pz: q oĩm principioz est cõe esse primũ: vel primũ vñ res est: vel vñ res fit: vel vñ cognoscitur. Pz secundo: q natura est principiũ: ⁊ elementuz: ⁊ mens: ⁊ volũtas: ⁊ forma: ⁊ finis. Multoz eĩ ⁊ cognitionis et motus principium est bonum et malum.

Causa. c Causa vero dr. Uno q̃dem mõ ex qua fit aliq̃d cum ĩsit: vt res statue. ⁊ argentuz pbiale est cã materialis Alia vero est cã formalis: que est spẽs: ⁊ exẽpluz vt nũerus ⁊ ꝓportio dupla respectu dyapason: ⁊ ptes in diffinitione. Alia est cã efficiens: que est primũ principiũ mutatõis ⁊ q̃tis vt cõsiliator est cã cõsiliati et pater puer: et oĩno faciens facti et cõmutabilis mu-

tans. Alia est causa finalis gratia cui⁹ aliquid fit vt ambulatio ē cā finalis sanitat⁹. Vnde si q̄ratur: quare iste ambulat? dicim⁹ vt sanetur: et dicētes ita: putam⁹ reddidisse cāz Et hic dicūtur multa de causis sicut in secūdo phīco⁹ q̄ hic dimittūtur.

Elementum. Elemētum vero dr exquo aliquid componitur p̄mo: in exīte indiuisibili spē e in aliam spēm: vt vocuz litterata⁹ elementa sunt littere: ex quib⁹ cōponitur vox: et in q̄ diuidit vltimo. Similiter aer: ignis: terra: et aqua: scdm aliquos: pūt dici elementa: quia sunt p̄ma inter corpa cōposita. Similiter demonstratōes q̄ fiunt ex p̄missis p se notis et immediatis: dicūtur elementa respectu posteriox q̄ in alias resolui pūt. Et transsumptiue dr aliquid qđ est paruū: et ad multa vtile. Et sic vnitates: et puncta: sunt elemēta nūero⁹ et magis vtia min⁹ vtium. Et q̄ elemētum p̄prie dictū est indiuisibile ideo illud qđ est p̄mū et indiuisibile respectu cōpositox dr elemētum: et gen⁹ magis est elemētum q̄ dria q̄n vle magis genus. Nam cui dria inest et gen⁹ id sequitur. Sed cui genus inest: non inest omni differentia. Et sic patet q̄ omni elemento cōmune est q̄ sit p̄mum.

Natura. Natura vero dr. Vnomodo nascētium n gīiatio Scdo mō dr natura: ex quo fit illud qđ nascitur ipo inexistēte. Tertio dr p̄ncipium mot⁹ et quietis illius in quo est. Illa autez dicūtur nasci: q̄ ab aliquibus recipiūt augmētum et nutrimētum in tāgendo: vt embrio. Quartomō dr spāliter de materia: vt statue et vasox creozum es est materia et natura: et ligneox lignū. Quinto mō dr spāliter de forma sicut apud Empedoclē compositio vel mixtio rex ex elemētis dicerēt natura eaz Et sic pz q̄ cōpositus ex materia et forma est natura: siue habens in se naturam. Sexto modo dicitur natura vnius cuiusq⁹ essentia.

Necessarium. Necessarium dr: sine quo nō contingit n esse vel viuere: vt cib⁹ et spirare aialibus sunt necessaria. Vnde sine his aial esse est impossibile. Scdo dr necessarium sine quo aliquid nō potest bene esse: vel facile malum repelli: et sic infirmo necesse est bibere farmacum vt non laboret: et indigenti ire ad forum vt pecuniā recipiat. Tertio modo dr necessarium qđ fit ex violentia quādo enim quis ad aliquid faciendum est coactus dicitur ad hoc necessitat⁹. Et oē tale est triste sicut zenonus ait. Omis enī res necessaria lamentabilis est facta: et vis necessitas quedam: et dicit Sophocles sed vis ea me facere coegit: et tale necessarium nō est culpabile: quia hoc est cōtra volūtatem. Quarto modo dr necessarium: quod non cōtingit aliter se habere: sicut in demonstratiōibus: demonstratio enī p̄cedit ex necessarijs: que impossibile est aliter se habere. ¶ Et sic patet p̄mo q̄ aliqua res p̄pter seipsaz est necessaria: quia nullam habet causam sue necessitatis: sed p̄opter ipsum alia sunt ex necessitate. Pz scdo: q̄ tale summe necessariuz est simplex. Pz tertio: q̄ si aliqua sunt entia sempiterna et immobilia nihil est eis violētum: vel contra volūtatem.

¶ Tractatus scds de noibus ptinentibus ad subiectū et ptes subiecti.

Vnum. Num dr: aliud scdm accidens aliud se v cundum se. Scdm accidēs quidem: vt Coriscus est idem cū musico: q̄ musicum accidit Coriſco. Secundo modo: musicum dr idem quod Coriscus: q̄ Coriſco accidit musicum. Tertio musicum dr vnum cū iusto: quia ambo accidunt Coriſco. ¶ Secundū se vero aliqua dicuntur vnum: eo q̄ continua sunt. Et hoc vel secundū artem: vt duo ligna colligata vinculo. Aut secundum naturam. Et talium quedā habent flexiones vt crus et tibia in genu. Alia vero non habent flexiones. Continua autē per naturam magis p̄prie sunt vnum: q̄ continua p artē Continuz vero dicitur cuius motus vnus secundū se: et non possibile aliter. Secundo modo dicuntur aliqua vnuz secundum subiectum: siue p̄muz: siue vltimuz: vt omnes liquores dicerentur eidē secundū subiectū p pinquū quod est aqua vel aer. Nam aqua et aere oia hec fiūt. Tertio modo dicūtur vni secundū genus p̄pinquū: quod est determinatū p differētias oppositas eo modo quo substantiuū subiicitur adiectiuo determinabili. Dicūtur etiā aliqua vnū secūduz genus superius: licet non secūdum inferius: vt isoceles isopleurus dicūtur eadez et vna figura: quia ambo triangul⁹. Sed non dicuntur idem triangul⁹. ¶ Quarto modo dicuntur aliqua vnuz quoꝝ ratio est indiuisibilis. Omnis enī ratio scdm se est indiuisibilis: li

cet fit ab alia diuiſibilis. Quinto modo aliqua dicũtur vnum quoꝝ intelligentia eſt indiuiſibilis intelligẽs quid erat eſſe: ⁊ non poteſt ſeparari neq; tempore: neq; loco: neq; ratione: maxime boc vnũ et borum quecũq; ſubſtantia. Sexto modo aliqua dicũtur vnũ inq̃tum non habent diuiſionem: vt bomo in q̃tum non habet diuiſionez: ꝺr vnus bomo Si vero inq̃tum alal vnum animal: ⁊ ſi inq̃tum magnitudo: vna magnitudo. Septimo aliqua dicuntur vnum per attributionez ad vnum: vt exercitum ꝓpter vnum ꝓncipiꝑ em dicimus vnum. Illa vero maxime dicũ tur vnum: quoꝝ ſubſtantia vna. Octauo modo dicuntur vnum: quia perfecta ſunt vt domus vna: quia perfecta eſt. ¶ Unius au tem due ſunt ꝓꝓrietates. Prꝛa ẽ qꝛ vnuz eſt ꝓncipium numeri. Prꝛma nanq; menſura ꝓncipium. Nam quo prꝛmo cognoſcimus boc eſt: eſt prꝛa mẽſura cuiuſlibet generis. Secunda eſt eſſe indiuiſibile vel ſecundum ſpeciem: vel ſecũdum genus: vel ſcꝺm q̃tita tem. Secundũ q̃titatem autez quod eſt ſine poſitione in continuo: ꝺr vnitas: quod autez babet poſitionẽ. dicitur pũctum: quod autẽ ſecundũ vnuz linea: quod vero ſcꝺm duo ſuꝑficies. Nono alia dicũtur vnum ſcꝺm nu meꝝ quoꝝ materia vna. Decimo aliqua dicũtur vnum ſpecie: quoꝝz ratio eſt vna. Undecimo dicũtur vnuz genere: quoꝝ eſt eadem figura ꝑdicationis. Duodecimo dicũtur vnũ ſcꝺm ꝓꝓrtionez: que ſe babẽt vt aliud ad aliud. Semꝑ aũt poſteriora ſequũ tur ꝑcedentia: quia quecunq; ſunt vnũ nũe ro ſunt vnũ ſpecie. Sed non ecõtra. Et que cunq; ſunt vnũ ſpecie ſunt vnũ genere. que cunq; vero genere non oꝝa ſpecie: ⁊ quecũq; ſunt vnuz genere ſunt vnum ſcꝺm ꝓꝓrtio nem: ſed non ecõtra. ¶ Et quib⁹ ꝓz qꝛ tot modis dicitur boc nomen multa quot mo dis dicitur boc nomen vnum.

Proprietates vnius.

Multa.

Ens.

Ns dicitur boc quidẽ ſcꝺm accidens e illud vero ſcꝺm ſe. Scꝺm accidens q̃ dem vt iuſtum muſicum eſſe dicimus et bominez muſicum. id eſt muſicũ bominẽ. et ſimiliter dicimus muſicuz edificare. Se cundo dicitur ens de decez ꝑdicamentis. Tertio modo dicitur ens idẽ quod verũ: et non ens idẽ qꝺ falſum. Quarto mõ diuidit ens in ens in actu: ⁊ ens in potẽtia.

Ubſtantia dicitur ⁊ ſimplicia coꝛpo Subſtantia.
ſ ra: vt terra: ignis: ⁊ aqua: ⁊ q̃cunq; ta lia ⁊ vl̃r coꝛpoꝛa ⁊ ex bis conſtantia Scꝺomodo ꝺr ſubſtantia ens: per qꝺ aliq̃d eſt actu exiſtens: ſcilicet de forma. Tertio modo ꝺr de materia. Quarto mõ ꝺr ſubſtã tia q̃ddꝛtas q̃ ſignificaꝝ per diffinitionem. Quinto modo ꝺr de ſubſtãtia vniuerſali: et aliqñ de ſubſtantia ꝑticulari.

Adez vero dicũtur: bec q̃dez ſcꝺz ac Eadem.
e cidens: vt albũ et muſicum idẽ. Eadẽ vero ſcꝺm ſe dicuntur: ſicut vnuz ſe cundũ ſe: eſt eñ identitas vnitas.

Juerſa vero dicũtur quoꝝ aut ſpeci Diuerſa.
ꝺ es plures: aut materia: aut rõ ſubſtan tie: et oĩno oppoſite eidẽ.

Jfferẽtia ꝟo dicũtur: quecũq; diuer Differentia.
ꝺ ſa ſunt idẽ aliquid entia.

Jmilia vero dicũtur: q̃ idem ſunt oĩno Similia.
ſ paſſa ſcꝺm vnam paſſionez. Secũdo dicunt paſſa diuerſa ſil'ia: qꝛ ſunt paſ ſa paſſionibus ſimilib⁹. Tertio quia eis cõ uenit vna qualitas ſcꝺm ſpẽm. Similia eñ dicũtur quoꝝ qualitas vna. Quarto qꝛ ba bent plures qualitates eaſdẽ.

¶ Et oppoſito modo ꝺr diſſimile. Diſſimilia.

Ꝓpoſita dicũtur ꝓtraria: contradicto Oppoſita.
ria: relatiua: ⁊ ꝓpatiua: ⁊ etiã aliqua di cunt oppoſita rõne ſuoꝝ terminoꝝ vt gene ratiões ⁊ coꝛruptiões. ¶ Contraria aũt di cunt ꝓio q̃ non ꝑñt ſimul eidẽ adeſſe ⁊ dif Contraria.
ferũt genere. Scꝺo modo dicũtur cõtraria maxie differẽtia ſub eodẽ genere. Tertio q̃ maxie differũt in ſubiecto. Quarto ꝺr̃ia re ſpectu eiuſdẽ ꝟtutis vel poteſtatis. Quin to mõ dicũtur ꝓtraria quoꝝ eſt maxia ꝺr̃ia: aut ſcꝺm gen⁹: aut ſcꝺz ſpẽm. Sexto dicunt contraria ſcꝺz attributionẽ: ſicut aliq̃ ſunt cauſe vel ſigna contrarioꝝ.

Oniaz aũt ens et vnũ multipliciter ꝺr̃ia ſpecie.
dicũtur neceſſe eſt q̃ ſcꝺm ea dicũtur etiã dici multipl'r: ſicut idẽ ⁊ diuerſuz ⁊ ꝺr̃ia ſpẽ. q̃ vno mõ dicũtur q̃ ſunt ſub eodẽ genere ⁊ nõ ſunt ſubalterna. Scꝺo mõ dicũ tur ꝺr̃ia ſpẽ. q̃ cõtinent ſub diuerſis differẽ tijs diuidẽtib⁹ idẽ gen⁹. Tertio dicunt ꝺr̃ia ſpẽ maxie ꝓtraria. Quarto mõ dicunt ꝺr̃ia ſpẽ q̃ bñt diuerſas diffinitões. Quinto mõ quecũq; in eadẽ ſba entia ꝺr̃iam bñt. ¶ Et oppoſitis modis dicũtur eadẽ ſpecie.

Priora posteriora.

Priora ꝙ posteriora dicūtur ꝓmomō scdz locū Scdo scdz tps: ⁊ tūc vtimur ꝑnte nūc tanꝙ ꝓncipio. Et in futuris illud dr ꝓr⁹: qd est ꝓpiquꝰ ipi nūc. Et in ꝑterito illud dr ꝓr⁹ qd est nimis remotum a nūc vt bella troiana sunt ꝑora medis. Tertio mō dr ꝓr⁹ vel posteri⁹ scdm motū ꝓpinquꝰ eīm ꝓio mouēti est ꝓr⁹: vt puer viro. Quarto mō dr ꝓr⁹ scdz ordinē q deteriate distāt scdm rōem: vt parastata ꝑor est tricostata. Quintomō dr ꝓr⁹ quo ad cognitiōez quo ad naturā: vel quo ad nos: scdm sensum vel intellectū. Nā scdm rōem vlia ꝑora: scdz aūt sensuz singularia. Et scdz rōem accidēs toto ꝓr⁹ vt musicū musico boīe. Sextomō dr ꝓrius vel posteri⁹ scdm attributiōem: vt rectitudo leuitate: boc eīm linee passio: illud vero supficiei. Septio dr ꝓr⁹ scdm naturaz quecūqz cōtingit esse sine alijs: ⁊ nō alia sine illis: ⁊ sic substātia ꝑor est accidēte: dimidietas seu ps toto: ⁊ materia forma.

Uniuersalia ẽm rōem sunt priora singularia ꝙ ẽm sensum.

Potestas.

Potestas dr boc quidē ꝓncipiū motus aut mutatiōis seu trāsmutādi alterꝫ: vel seipm inqͭtuz alterꝫ: vt ars edificatiua respectu dom⁹: ⁊ ars medicinalis que existit in sanatoꝛ nō inqͭtuz sanatū ē. Scdo mō dr ꝓncipiū trāsmutādi ab altero aut a se inqͭtuz ab altero. Tertio dr passio scdz quā aliqd pōt resistere corruptiuis Et quādoqz extēditur ad posse bene agere vel pati. Quādoqz eīm ambulātes aut loqn tes: non bene aūt: nec vt vellent: dicim⁹ non posse loqui aut ambulare.

Potēs.

Potens vero dr vnomō scdm potētiaz actiuam: qr potest alteruz mouere vel quietare. Secūdo modo dr scdm potētiaz passiuam: ⁊ qū est in actu non dr amplius potens: sed agēs vel patiēs. Tertio modo dr potens qui bz potentiaz resistitiuaz nocuis. Et quādoqz restringit ad posse bene agere vnde lyrā male sonātem aliqn dicimus non sonare.

Impotentia.

Impotentia aūt est ꝓuatio potētie ⁊ est carentia potentie in subiecto apto nato habere. Secūdo qr est carentia potētie actiue: passiue vel resistitiue. Tertio modo dr carentia dispositionis in subiecto nato habere. vnde puerū vir ⁊ eunuchuz dicimus impotentes generare.

Impossibile.

Impossibilia vero scdm eas impotētias dicuntur. Secundo modo dicit impossibile cuius cōtradictoꝛium de necessitate est verum: vt dyametrum cōmensurabilem esse impossibile: quia contradictoꝛiuz eius non solum est verum: sed etiam necessarium. Necesse enim non cōmensurabilem esse.

Possibile.

Possibile vero dicitur: qr nō de necessitate est falsuz nec eius opposituz de necessitate veruz: vt sedere bominez possibile.

Quantum.

Uantum vero dicitur quod est diuisibile in ea que insunt: quoꝛum vtrunqz aut singulum vnū aliquid ⁊ boc aliqd natū est esse.

Species q̄tis tatis.

Et diuiditur q̄titas in multitudinē ⁊ magnitudinē. Multitudo est q̄tū aliqd si fuerit nūerabile. Magnitudo vero si fuerit mēsurabile. Et est diuisibilis in ꝑtes sibijnuicē ꝓtinuas non aūt multitudo Magnitudinis vero spēs sunt iste: linea diuisibilis scdm longum. Superficies diuisibilis scdm latum. Corpus secūdum tres dimensiones. Scdo diuidit q̄titas in q̄titatem pse: ⁊ q̄titatez paccidēs: vt linea est q̄ta scdm se: musicum vero paccidens. Coꝛuz vero q̄ sunt q̄ta scdm se: qdaz sunt de ꝓmo modo dicendi pse: vt linea. Alia ꝙ in scdo: vt multū: paucū: breue: latū: strictū: pfundū humile: graue: ⁊ leue: ⁊ alia talia. Quātoruz autē peraccidens. Alia sunt quāta pure ꝑ accidēs: vt musicū. Alia vero dicūtur quāta paccidens q̄ quodāmodo sunt quāta pse: vt ea q̄ predicant de quātitate pse scdomō vt tps ⁊ motꝰ. Motus eīm est quātus ꝑ terminū: ⁊ tps per motū.

Quale.

Uale dr vno qdem modo differentia substantialis vt si queratur qualis est homo: dicitur animal bipes: equꝰ quadrupes: ⁊ circulus agonus. Secundo dicitur de qualitate circa substantiam existente vt de figura ⁊ forma. Primū aūt ⁊ cōpositū solidum ⁊ sic de alijs dicūtur qualitates numerozum. Dicitur autē numer⁹ solidus qui ē ductꝰ bis in se vel in aliū vt ter triater: quater quatuoꝛ quater.

Bis tria non sunt sex: iz sex mel sex sunt sex.

Sed nūer⁹ superficialis dr qui est ductꝰ semel in se vel in alium vt bis duo: bis tria: bis tria aūt nō sunt sex sed semel sex sunt sex. Tertio modo dicitur qualitas: passio ⁊ passibilis qualitas: vt calor ⁊ frigiditas: albedo ⁊ nigredo: grauitas ⁊ leuitas. Quarto modo dicit habitus et dispō: vt virt⁹ et viciū: ⁊ oino bonū et malū. Et reducūtur isti mōi ad duos. Nā ad ꝑmū reducit secūd⁹: et adtertium quartus.

Ad aliquid

Modi relatiõr

Modi ipsius pncipij.

Ad aliquid dicuntur. Alia vt duplum ⁊ dimidium: ⁊ triplum ad tertiam partem: ⁊ totaliter multiplicatum ad multiplicati partem ⁊ continens ad contentum. ⁊ hoc dupliciter: Aut simpliciter ⁊ indeterminate: aut determinate: ⁊ tunc vel est ppõrtio numeri ad vnum vt tria ad vnũ: aut est ppõrtio numeri ad numerum determinatum. ppõrtio sesquialtera emiolium ad subemiolium vt superparticulare ad supparticulare. ⁊ hec omnia dicuntur ad aliquid scõm numerum aut numeri passiones. ¶ Alia vero sunt relatiua scõm vnum: vt idem quod dicitur ppter vnitatem substantialem. Equale ppter idẽtitatem in quantitate. Simile: etiam ppter idẽtitatem qualitatis. Similia enĩ dicũtur quorum qualitas est vna. Vnitas vero: est numeri pncipium ⁊ metrũ. Et sic potest patere pmus modus relatiuorũ qui sumitur penes numerum ⁊ ppõrtiones numerorũ ⁊ magnitudinũ. ¶ Secundus vero modus relatiuorum: attenditur penes actiuum et passiuum: motiuum ⁊ mobile: ⁊ sumũtur ista relatiua secundum potẽtias actiuas ⁊ passiuas: ⁊ scõm effectus eorum: qui sunt actio ⁊ passio: quia vt calefaciens dicit illud calefactibile: quia eorum vnum agit: ⁊ aliud patit. Secans ad sectum. diuidens ad diuisum. ¶ Et differt iste secũdus modus relatiuorum a pmo: quia primus sumitur scõm separationes a motu et actione: quare mathematicorũ est. Secundus vero sumitur scõm rationem agendi et patiendi: que ad motus pertinent: vt pater hoc modo dicitur ad filium relatiue: hoc enim faciens: et illud passiuus quid est. Et ista diuidunt secundum tempa Quedam enĩ referunt secundum pñs tẽpus: vt faciens ad id quod fit. Aliquãdo secundum pteritũ: vt quod fecit ad qđ fiebat. Quãdoq; vo scõs futurũ: vt factus ad faciẽdum. Aliqua vero relatiuorũ iportãt priuationẽ potẽtie: vt ipossibile inuisibile et quecunq; sic dicunt. ¶ Tertius vero modus sumit scõm mensurãs ⁊ mensuratum: quia predictis differt: quoniaz alia relatiua que sumũtur penes numerũ aut potentiam actiuam vel passiuam sunt perse referibilia: Ista vero solum peraccidens: vt mensurabile non dicit ad mensuram: nisi quia ipsius ẽ mensura: ⁊ scibile quia ipsius est scientia et visibile ad visum eodem modo. Ex quo ptz q visibile non refertur ad videntez: sicut ad visum. Nam tunc idem diceretur ad multa. Et horum trium modorum relatiua per se referunt: sic q non alterius ratione. ¶ Nũc vero dicendum est de his que scõm alterũ referũtur quorum sunt tres modi. Quãdoq; enĩ referunt spẽs ad id: ad quod referuntur eorum genera: vt medicina refert ad scibile: quia ad ipsum dicitur scientia. Secundo: abstracta relatiue dicunt quia ad eorũ concreta referuntur: vt equalitas: quia eqle ⁊ similitudo quia simile refertur. Alia vero scõm accidens vt homo dicitur ad aliquid: q; ei accidit duplum esse: et hoc ẽ ad aliqd.

Rincipium dicitur aliud ¶ Circa quintum Metaphisice Aristotelis: queritur pmo. Utr necessaria habeant causaz ¶ Arguitur pmo q sic: per illud qđ dicitur in hoc libro capitulo de necessario. Quedam vtiq; alteram causam habẽt vt necessaria. Aliqua vero horum nullã: sed ppter hec omnia alia sunt ex necessitate. Et in octauo phisicorum dicit: q ipius quod semper est voluit causam querere in quibusdam: ⁊ in quibusdam non. Triangulus enĩ habet tres angulos equales duobus rectis: ⁊ tamen perpetuitatis altera causa est. Item secundo metaphisice dicit: q semper existentium pncipia esse verissima necesse est: igitur necessaria habent causam. ¶ Secundo sic. Si deus pduceret ex necessitate ⁊ naturaliter esset in aliquo necessarium habent causam: igitur. licz autem aliter pducat: tamen potest pducere causaz necessariam: consequentia tenet: quia modus pducendi non variat naturam pducti. ¶ Tertio sic: in cognitione entis necessarium est simpliciter nobilius non necessario: igitur nobiliorum est causa necessaria: ⁊ p cõsequens nobilissima causa necessario causat: ⁊ sic est aliquis effectus necessarius: ⁊ per consequens habens causam. ¶ In oppositum arguitur: quia quicquid habet causam est factum sed necessarium non est factum igitur. Minor patet: quia quicquid est factũ est ex materia: sed necessaria non habent materiam: igitur.

Sciendũ est pmo: q Aristoteles in hoc qnto: incipit determinare de consideratis in pma scietia ⁊ distinguit multiplicia ad hanc scientiaz pertinentia ⁊ habet tres tractatus. Primus est: de nominibus pertinentibus ad causas: ⁊ principia. Secũdus est: de nominibus ptinentibus ad subiectum: ⁊ partes subiecti. ¶ Tertius est: de partibus ad passiones. ¶ Circa pmũ distinguit ista quinq nomina causa: principiuz: elemẽtum: natura: ⁊ necessarium. ¶ Circa primũ dicit q pncipium dr sex modis. Primo modo dr pncipium eius a quo incipit motus: sicut puatio ẽ pncipium generationis: ⁊ terminus vie dr pncipiũ motus localis. Secũdo modo dr pncipiũ a quo facilius incipit fieri mot⁹: ⁊ tũc idem est q pncipiũ doctrine: quod aliqñ nõ est pus re sed posterius. Tertio mõ dr pncipium: a quo in exĩte aliquid fit: ⁊ hoc modo materia ⁊ forma dicunt princi

pia. Quarto mō ꝺr ꝓncipium illud ex quo fit aliq̄d tā ꝙ ex pte ꝙtitatiua: ⁊ est tanꝙ fundamentum aliorum quēadmodū ex fundamento dicimus fieri domū: ⁊ cor hoc mō est ꝓncipium aīalis. Quinto mō ꝺr ꝓncipiū eē ꝓmuz vnde motus: ⁊ sic ꝺr ꝓncipium de efficiente vt de patre ⁊ matre. ¶ Sexto mō ꝺr ꝓncipiuz doctrine: ⁊ est illud quod ꝓmo cognoscit ⁊ ꝙ quod alia cognoscū tur: siue sit ꝓus in esse: siue non: ⁊ hoc modo ꝓmisse di cuntur ꝓncipium demonstrationis in scia. Principiuz aūt ꝺr tanꝙ ꝓmū. Uel quia est ꝓmū vnde res est. Uel quia ē primū vnde res cognoscit. ¶ Consequenter po nit modos huius nois. Causa: que oīno eodem mō po siti sunt hic: sicut in secundo phisicoꝝ. ideo causa breui tatis omittitur. ¶ Aristo. consequenter. ponit modos Elementi: ⁊ ꝓmo describit ipm dicens: ꝙ Elementum est ex quo componitur aliq̄d: ꝓmo: inexistentie: indiui sibili spē in aliam spēm. ¶ Dicit ex quo cōponit: ad dif ferentiam compositoꝝ: que non sunt elementa. Et dici tur inexīte: ad differentiam causaꝝ extrinsecaꝝ. Et di cit ꝓmo: ad ꝺrām illaꝝ ptium: que non sunt ꝓme: sed ex alijs composite: ideo materia ꝓma vere ⁊ ꝓprissime ꝺr elementū. Aer aūt ⁊ Aqua non sunt ꝓpe elemē ta: sed sic vocata sunt a vulgo: vt dicit cōmentator. Et ꝺr indiuisibili spē: ad sciendum ꝙ elementū non ē diui sibile in ptes diuersaꝝ rationū: nihil tñ ꝓhibet ipsum esse diuisibile in ptes eiusdem rōnis. ¶ Dicitur aūt ele mentum duobus modis: ꝓpe scz: ⁊ transsumptiue Pri mo mō ꝺr tripliciter. Primus modus est ſm quē litte re dicunt elementa syllabaꝝ. ¶ Secundus ē ſm quem aliquid ꝺr elementuz non simpliciter: sed in aliquo ge nere: vt aer ⁊ aqua dicunt elementa mixtoꝝ. ¶ Terti⁹ modus est: ſm quam demonstrationes que fiunt ex p̄ missis pse notis dicuntur elementa: quia oīs demon strationes posteriores in ipas resoluūtur. ¶ Elemētū aūt transsumptiue ꝺr oīe quod est puum indiuisibile ⁊ simplex ad multa vtile: ⁊ inde est ꝙ multi dixerunt vnum esse elementum numeroꝝ: ⁊ punctum lineaꝝ. Et ob hoc quidam dixerūt magis vniuersalia: esse elemē ta minus vniuersalium. Et subiungit ꝙ cōmune omni elemento est principium: vel ſm quid: vel simpliciter Natura aūt ꝺr sex modis. ¶ Primo mō ꝺr natura nascē tium generatio: siue natiuitas. ¶ Secundo mō ꝺr na tura illud: quo inexīte fit illud quod nascitur. ¶ Ter tio mō ꝺr natura ꝓncipium motus: ⁊ quietis eius cui⁹ est ꝓmū: ⁊ non ſm accns. ¶ Quarto mō ꝺr de materia quam dicit esse inoꝝdinatam. i. non de sua natura for mā habentem. Dicit etiam eam imutabilem termina tiue: q: est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. ¶ Quinto mō ꝺr spāliter de forma: nullus ēm ꝺr actualiter ho mo nisi habeat formā: ideo forma est natura. Et subdit ꝙ compositum ex materia ⁊ forma ꝺr natura: quod ve rum est si natura sit ablatiui casus. i. a natura. ¶ Sex to mō ꝺr natura metaphorice de vnuscuiusꝙ ēntia.

Excusatio de modis ſcē.

¶ Modi eleñti

¶ Modi nature

¶ Modi ncārij

Sciendum est secundo: ꝙ Necessariū ꝺr q̄n ꝙ modis.

¶ Primo mō ꝺr necessarium: sine quo alteꝝ non pōt esse aut viuere: vt respirare est necessariū aīali. ¶ Secundo mō ꝺr necessarium sine quo alteꝝ nō po test bene esse: vt vestis est necessaria homini. ¶ Ter tio mō ꝺr necessarium: quod fit per violentiam: ⁊ hoc mō in actionibus voluntarijs omne necessarium ē tri ste: ⁊ tale non est culpabile. ¶ Quarto mō ꝺr nece ssarium: quod impossibile est non esse: ⁊ hoc mō deus est summe necessarius. ¶ Quinto mō ꝺr necessarium gña liter oīe illud: quod non cōtingit aliter se habere: et hoc mō in ꝓpōnibus demonstratiuis dicuntur alique necessarie: q: non est possibile aliter esse ꝙ significent ¶ Ex isto infert p. tria corelaria. ¶ Primū est: ꝙ aliq̄ res ꝓpter seipam est necessaria: q: nullam causam ha bet sue necessitatis: alie vo sunt res necessarie ꝓpter aliquam causam: vt celum ⁊ intelligentie. ¶ Secūdū corelarium est ꝙ ꝓmū ꝓncipiū est summe necessariuz ⁊ simplex hoc ēm est ipe deus qui ē simplex: quia nec compositus nec alteri componibilis. ¶ Tertiuz corela riuz: si aliqua sint entia sempiterna nihil est eis vio lentum: q: violentum est quod est contra naturalem inclinationem: quod aūt est cīno imutabile nihil reci pit contra suam naturalem inclinatōnem: igitur.

Conclusio ꝓma. Necessaria bene habēt cau sam finalem. ptz: auctoritate p. secundo metaphisice ꝓius allegata: que de causa finali intelligitur.

Conclusio scda. Necessaria non habent cau sam efficientem: ptz rōne post oppositum que ſ altem ꝓbat ꝙ materia ꝓma ⁊ intelligentie (tenendo ꝙ sint necessaria) non habent causam efficientez: q: ꝑz Ar|. omne quod factum est: factuz est ex aliquo: sed p̄dicta non sunt facta de aliquo vt de se clarū est: igit. Et hoc sequendo opinionem Ar|. ponentis aliqua necessaria ⁊ cum hoc oīe quod fit fieri ex aliquo: licz ſm Ar|itatē non sit nisi vnuz necessarium: cuius nulla est causa: ne ꝙ efficiens neꝙ finalis: licet etiam aliquid ex nihilo posset fieri.

Dubitatur ꝓmo quot sunt modi vni⁹. Pro dubio est aduertendū: ꝙ ñr in hoc scō tractatu Ar|. distinguit terminos ad subiectum huius scie pmanen tes: ⁊ ꝑz ca. ſm nouez terminos scz vnum: ens: subña: idem: diuersum: ꝓus: posterius: ptās: ꝙtum: quale et ad aliq̄d: ¶ Dicit ergo ꝓmo sic: ꝙ vnum diuidit in vnū pse: ⁊ in vnū paccns. Unde aliq̄ ꝺr vnū paccns tripli citer. Uno mō: q: vnum accidit alteri vt sortes ⁊ musi cum. Secundo mō aliq̄ ꝺr vnū: q: vnū accidit alicui de quo alteꝝ ꝺr: vt musicum ⁊ sortes. Tertio mō: quia ambo accidunt vni tertio: vt grāmaticum ⁊ musicum sunt vnum numero: q: accidunt sorti. ¶ Aliqua autez ꝺr vnū pse octo modis. Uno mō q: sunt ꝓtinua. Con tinuoꝝ aūt quedaz sunt colligata p̄ artem vt ligna col ligata vinculo. Alia sunt ꝓtinua p̄ naturā. Et ista sunt duplicia: quedam ēm sunt que hñt fractionē vt crus ⁊ tibia in genu. Alia vo non. Secūdo mō aliq̄ ꝺr vnuz ſm subiectum: sic ꝙ hñt idem subiectum sibi: saltez in eis subiectum est eiusdez rōnis vt oīa gñabilia ꝺr vnum in materia. Tertio mō aliqua dicunt vnum ſm genus: siue sit ſm genus ꝓpinquū: siue remotū Et sub dit ꝙ aliq̄ sunt que ꝺr vnū gñe: non q: solum sub eo dem gñe ꝓtinent: sed q: eandem ꝺrām gñis pticipāt vt isocheles ⁊ isopulerus ꝺr eadē figura: sed non idē triangulus: q: non pticipant eandem ꝺrām triangu li. Quarto mō aliq̄ ꝺr vnum q: sunt eiusdem rōnis quidditatiue: quoꝝ scz est eadē rō: oīs aūt rō est indi uisibilis ſm se: licz a quolibz alio rōne diuisa sit. Qui to mō aliq̄ ꝺr vnū: q: eoꝝ ratio est indiuisibilis: siue intellectus: quēadmodū sunt oīa singularia que signi ficant idem ſm eandem rōnem. Sexto mō aliqua ꝺr vnum in eo in quo non habent diuisionem: vt diuerse ptes linee ꝺr vnuz in linea. Septimo mō aliqua ꝺr vnum ꝑattributōnem ad aliquod vnum: vt exercitus ꝑattributionem ad vnum ducem. Octauo aliquid ꝺr vnum q: est pfectuz vt domus vna: quia pfecta. ¶ Cō sequenter ponit ꝓpetates vnius. Prima est: ꝙ vnum est: principium numeri: vt si vis cognoscere ꝗtus ē nu merus videndum est quot habet vnitates. Secunda ꝓpetas est ꝙ vnum vt sic est indiuisibile. Et hoc Uel ſm numeꝝ Uel ſm spēm Uel ſm genus. Unde indiui sibile ſm ꝙtitatem est vnitas et punctus. Sed vni tas non habet positionem in continuo: punctus autez habet pōnem in ꝓtinuo ¶ Consequēter supaddit qua-

¶ Modi vnius.

Proꝑietates vnius.

tuor modos positos in logica dicens q vnum ꝺr ꝗuor modis:scz nūero:spē:gñe:ꝛ analogia. ¶ Illa sunt vnū numero:quor materia ē vna. Et intelligit de materia in qua:ꝛ non ex qua. Illa sunt vnū spē quor rō est eadem. ¶ Illa sunt vnū gñe quor est eadem figura ꝓdicabilis.i.que hñt eandē modū ꝓdicandi. ¶ Illa sunt eadez ſm analogiā:quor vnū attribuit ad alterꝝ ¶ Cōparat aūt ꝓdictos modos dicens q quecūq sunt vnū numero sunt vnum spē:ꝛ non econtra:ꝛ quecūq sunt vnū spē:sunt vnū gñe:ꝛ quecūq sunt vnū gñe:sūt vnū analogia:sed nō ecōtra. Sz hec intelliguntꝝ de vno numero diffinitione:ꝛ non de vno numero realiter.

Modi entis

Dubitatur scḋo:quot sunt mōi entis. ¶ Ad dubium rñdet p.in lra:q diuisio entis est sicut diuisio vnius. ¶ Entiuz esn. Aliud est ꝑse. Aliud paccūs. Ens aūt paccūs:ꝺr ſm triplicem ꝓdicationem paccūs. Una est:qñ accūs ꝓdicat de subiecto. Scḋa est:qñ subiectū ꝓdicat de accīte. Tertia ē:qñ accūs ꝓdicat de accīte. ¶ Ens ſm se diuidit in decem ꝓdicamenta. Et p̄mo de illis ꝺr. Secundo modo ꝺr ens de ꝺo:ꝛ non ens de falso:ſm q ꝺr secundo posterioꝝ:q illud quod non ē id ē falsum nō contingit sciri. Tertio modo accipit ens:ꝑ illo quod actualiter existit. Quarto modo accipit ens ꝑ eo quod est in poſia

Modi subñe.

Subña aūt accipit tribus modis. Primo modo accipit subña ꝑ oppn eo quod est ꝑse exīs. Secundo modo ꝺr subña de forma:que est illud ꝓpter quod aliq̄d est ꝑse exīs. Tertio modo ꝺr de materia que est subiectum talis forme. Quarto modo ꝺr quidditas siue quod q̄d erat esse:illud scz quod ꝑ diffinitionem q̄ddītatiuā significat. Oēs aūt subñe reducunt ad duas:scz ad vlēs:ꝛ singulares.

Modi eiusḋē

Eadem aūt dicunt dupliciter : scz ſm se:ꝛ ſm accūs. ¶ Eadez ſm accūs tripliciter dicunt:sicut vnum ſm accūs. Eadem etiam ſm se dicunt sicut vnum ſm se. Idētitas (vt dicit lra) est idētitas plurium in essendo. Aliqñ intellectus vrītur vno vt plurib⁹: vt qñ dicit aliq̄d idē sibiꝑsi tunc esn vtitur eodem vt duobus. Consequenter ponit modos diuersi dicēs q diuersa dicūtur : quor spēs sunt plures: aut natura:aut rō subñe est altera ꝛ gñatio. ¶ Diuersum dicit oppositis modis quibus ꝺr idez differentia ꝺa dicunt quecūq diuersa sunt aliq̄d idē entia de differentia:sed quecunq exītia aliquid idez id est conuenientia in aliquo:ꝛ hoc vel numero:vel spē: vel gñe:vel ꝓportione. Secundo modo illa dicuntur ḋña:quor genus est diuersum. Tertio modo dicūtur ḋña:quor gña sunt cōtraria. Quarto modo dicuntur ḋña:quecunq hñt diuersitatem in subiecto:sed tamē sunt diuersaꝝ ḋñaꝝ: ꝛ sunt eiusdem gñis. Conīr ponit modos. Similis dicēs q Simulia dicunt:que idē sunt oīno passa ſm vnam passionem. Secūdo dicunt passa diuersa simulia: quia sunt passa passionibus similibus Tertio q eis ꝓuenit vna qualitas ſm spēm. Similia esn dicunt quor q̄litas est vna. Quarto:q hñt plures q̄litates eaſḋē. Opposita ꝺa:similibus dissimilia.

Modi ḋñtis

Modi Silis.

Dubitatur tertio: quot mōis dicūtur opposita. ¶ Knīr q quatuor mōis:scz ꝓtraria:ꝓtradictoria: relatiua:ꝛ ꝑuatiue opposita : ꝛ quinto modo aliq̄ ḋñr opposita rōne fuor terminor:q: semp fiūt ex terminis oppositis in terminos oppositos:vt generatio ꝛ corruptio. Contraria aūt ḋñr septem modis. Primo mō ḋñr ꝓtraria:que non ꝑtit eidē adeē:ꝛ ḋr̄t gñe vt corruptibile ꝛ incorruptibile. Secundo mō ḋñr ꝓtraria maxie ḋña sub eodem gñe. Tertio mō ḋñr ꝓtraria:maxime ḋña in eodem susceptibili. Quarto mō. ḋñr cōtraria: maxime ḋña sub eadē ptāte. Quinto mō ḋñr ꝓtraria: quor est ḋña maxima siue ſm spēm : siue ſm genus siue alio mō. Sexto mō dicunt ꝓtraria ſm attributionē vt due vtute significatiue ꝓtrioꝝ. Septimo ḋñr contraria: q habent talia: q susceptiua: vel susceptiua: vel passiua:vel agentia:vel patientia:vel obiectiones: vl actiones:vel habitus:vel ꝑuatiōes talium.

Modi diuersum spē.

¶ Deinde distinguit hoc nomen diuersum spē. ¶ Primo mō aliqua dicūtur diuersa spē:que sub eodem genere sunt ꝛ vnū non ꝓtinetur sub altero. ¶ Secundo mō que continentur sub diuersis differentijs diuidentibus gen⁹: siue sint ꝓtrarie:siue non. ¶ Tertio mō que ꝓtinentur sub differentijs ꝓtrarijs eiusḋez generis. Quarto mō dicūtur differentia spē spēi vltime: id est specialissime ¶ Quinto mō dicuntur quecunq existentia in eadem substantia differentiam habent. ¶ Assignat consequēter modos prioꝝ ꝛ posteriorum. Et p̄mo ponit rōnem cōmunem ipoꝝ dicens:q rō prioris consistit in hoc: q est esse ꝓpinquius alteri p̄mo:ꝛ hoc simpliciter:vel in aliquo p̄mo. ¶ Sunt autem octo modi prioris. ¶ Primo modo dicitur prius ſm locuz. ¶ Secundo mō dicitur ſm tempus vt in futuris illud dicit prius quod est ꝓpinquius ꝑsenti nūc. ¶ In ꝑteritis vero dicitur prius quod est a ꝑsenti nunc remotius. ¶ Tertio modo dicit prius secunduz motum: ꝛ tunc illud est prius quod est ꝓpinquius termino ad quez. ¶ Quarto modo dicitur prius ſm potestatez: vt illud quod in alios exercet potestatem ꝺr esse prius : tale autem mouet magis ꝛ minus ſm p̄mi voluntatez:sic q eo non mouente:alia nō mouent. ¶ Quinto mō ꝺr p̄us ſm ordinez:quod est p̄mus in aliquo ordine. ¶ Sexto modo ꝺr p̄us:scḋm cognitionem seu viam doctrine. ¶ Et illa sunt duplicia. ¶ Quedam sunt p̄ora scḋm rationem: vt vniuersalia. ¶ Alia sunt p̄ora scḋm sensum: vt singularia. ¶ Similiter accidens etiam scḋm rōem: est p̄us composito ex subiecto ꝛ accidente:quia ratio accidentis:est pars totius rōnis compositi. ¶ Septimo mō dicunt prioꝝ:q sunt passiones subiectoꝝ porum. ¶ Octauo mō dicunt prioꝝ:scḋm naturaz ꝛ subñiam:que ꝓtingunt esse sine alijs:ꝛ alia non ꝓtingunt esse sine his:ꝛ scḋm hec substantia ē prior accidente. ¶ Similiter etiaz potentia ē prioꝝ actu. ¶ Et scḋm potestatem dimidictas est prior totalitate:ꝛ pars toto:ꝛ materia forma.

Modi posꝝ ꝛ posterioꝝ

